¶ Humana ſpẽs in ſe duas naturas cõtinere: nõ ſolum rõnes euidentes monſtrant. ⁊ irrefragabiles auctes ↄſentiunt: ſed experientia magiſtra cuiuſlꝫ et rei aperte ⁊ ſine aliqua dubitatione perſuadet. per quam vna caꝝ intelligitur eſſe imortalis ⁊ celeſtis: ⁊ altera fragilis ⁊ corruptibilis in breui. Eſſendo tñ vnaqueqꝫ caꝝ dum ſimul viuunt viucte de natura ibecilli ⁊ potens infirmari: humana diligentia ⁊ vni ⁊ alteri ſuccurrit: inueniens medicinã. Unde permutans ſe cõplexio. ⁊ ſolués ſe hec naturalis armonia vnde in nobis reſultant egritudines. vnicuiqꝫ caꝝ diſpoſitionũ eſt ad ſufficientiam ab ingenio humano ꝓuiſum. Sed qñ aĩus noſter ſe remouet a ſua valitudine deuenit morboſus ⁊ infirmus nõ per euerſionẽ ſupradictaꝝ diſpoſitionũ dicitur eſſe ſua egritudo: ſed ingnatione ⁊ ↄtagio vitiꝫ: ⁊ peruerſione voluntatis nr̃e. Uñ nõ virtutes herbaꝝ. nõ obſeruantie dictaꝝ. non debitus vſus reꝝ naturaliũ põt deducere ſue ſanitati: ſed ſolũ vſus virtutis. dilectio illius. perſeuerantia in ea põt deducere in verã conualeſcentiã. Unde glorioſus Plato in libello de imortalitate aĩoꝝ: exprimẽs letitiã aĩoꝝ gentiliũ quã habẽt qñ appropinquant morti. vñ ipſi diſſoluũtur a corpore: dicit ad hoc propoſitũ. Tritũ ſiquidẽ ⁊ ad oẽs decantatũ: vitã noſtrã peregrinationẽ eſſe quãdam. Qui aũt manſuete moderateqꝫ vixerint. forti animo canẽtes ad debitũ nature accedunt. Unde huic nobili viro ſua laudabili vita conuenit. Fecit mirabilia in ⁊c. Unde licet poſſent adduci rationes multe ad conſolationem noſtram: tamen vnam tñ adducemus ⁊ illam breuem. Que dicitur tranquillitatis.

Nõ eſt aliqs in hac vita ſic parue ⁊ baſſe cognitionis: q ſi eſſet in ↄtinuis bellis: qn ſũme gauderet qñ eẽt de eis ſolutus. Qꝛ natulr qſqꝫ deſiderat pacẽ ⁊ qetẽ. ⁊ oia in ea ↄſer-

nanſ. Vñ Dio. I. de di. no. Oia q̄ fecit ſummus opifex deus: pacem deſiderant ⁊ in pace quieſcunt. In p̄ſenti vita iam nunq̄ poſſumus ſperare vnū minimū momentū quietis. Ego taceбо moleſtias carnis noſtre: de qbus pauciſſimi ſunt qui euadunt victorioſi. Aug. Inter oia chriſtianoꝝ certamina. duriora ſunt prelia caſtitatis: vbi ꝯtinua pugna ⁊ rara victoria. Pretermitto p̄ſſuras ⁊ affanni q̄ indeſeſſe nobis porrigit mundus. Sed quot ſunt pugne inimici noſtri: fraudes ⁊ doli: quos ſine mora velimus aut nolimus patimur. Et q̄t ſunt ab eo ⁊ victi ⁊ ſconfiti. Et quot ducuntur captiui ſub mille cathenis: Unde de eo ſic ſcribit Lactā. in. 6. Voluit. n. deus q̄ hoies ad hāc miliciā genuit. expeditos in acie ſtare. ⁊ attentis acriter aīs ad vnius vel inuiſibilis hoſtis inſidias vel apertos impetus vigilare: qui nos ſicut periti ⁊ exercitati duces ſolent varijs artibus captat: pro cuiuſq; natura ⁊ moribus ſeuiens. Alijs enim cupiditatē inſaciabilē immittit: vt opibus tanq̄ cōpedibus alligatos. a via veritatis excutiat. Alios inflamat ire ſtimulis: vt ad nocendum potius intentos. a dei ꝯtēplatione detorqueat. Alios imoderatis libidinibus imergit: vt volupṫati ⁊ corpori ſeruientes ad virtutem reſpicere nō poſſint. Alijs vero inſpirat inuidiaꝫ: vt ſuis ipſi tormentis occupati nihil aliud cogitent niſi coꝝ quos oderint felicitatē. Alios inflamat ambitionibus. Hi ſunt q ad gerendos magiſtratus oēm vite ſue operā curāq; ꝯuertunt: vt faſtos ſignent ⁊ annis nomen īponant. Quoꝝdā cupiditas tendit altius. nō vt ꝓuincias tēporali gladio regāt: ſed vt infinita ⁊ ꝑpetua poteſtate dños ſe dici velint vniuerſi generis humani. Quos aūt pios viderit inanibus implicat religionibus: vt ipios faciat. His vero qui ſapientiam querunt ph̄iam in oculos īpingit: vt ſpecie lucis excecet. ne quis cōprehendat aut teneat veritatē. Sic hoībus obſtruxit aditus oēs. ⁊ obſepſit oēs vias. publices latas erroribus. Vñ patiens Job. 7. Militia eſt vita hoīs ſuper terrā. Ideo ob hoc aliqui deſiderarūt exire e corpore. ꝑpter tot occurrētes ⁊ vrgentes moleſtias: ſicut Helias. 3. Re. 19. q̄n dixit. Sufficit mihi dñe: tolle aīam meā. O ſi per effectū ⁊ miniſteriū mortis q̄ ab ipſo deo. a ſanctis. a gentilibus. eſt vocata vita

vera.⁊ hec moꝛs:ubi nos ſumus facti franchi a tam diris
ſoꝛtibus:nō video cur languere debemus tranſitū noſtroꝝ:
qñ ꝙ per meritū ſue virtutis.ſunt reaſſumpti a dubioſa tē-
peſtate ad inuariabilē ⁊ letā tranquillitatē.Ad quā credi-
mus adiunxiſſe noſtrū dñm.N.dū ſemper fuerit obſeruan-
tiſſimus optimoꝝ moꝝ.integroꝝ inſtitutoꝝ.operū virtuoſo-
rū.laudabilis vite.adoꝛnus pꝛeſtātia animi.⁊ habitu digno
omni cōmendatione ⁊ gloꝛia ⁊c.

¶ Sermo cōis:in quo ad perferenda equo aīo aduerſa
potiſſimum moꝛtis:duabus rōnibus erigimur. Sermo.14.

Laudemus uiros glo
rioſos. Ecc.44.
¶ Uulgata ⁊ trita eſt ſnīa.N.nō ſolū ſan-
ctoꝝ ⁊ catholichoꝝ xpianoꝝ noſtroꝝ:veꝝ
etiā infideliū ⁊ gentiliū.eſſe ſummā ſapien
tiā ⁊ pꝛudentiā nō mediocrē.cum ꝯſtantia ⁊ equitate ani-
mi tolerare ſiniſtros.⁊ aduerſos caſus mundi. Uñ pelagus
aureū eloquentie Cicero in.2.de claris oꝛatoꝛibus.Magna
laus ⁊ admirabilis videri ſolet.tuliſſe caſus patienter ad-
uerſos.nec fractū eſſe foꝛtuna:retinuiſſe in rebus aſperis di
gnitatē.Luca.in.9.pharſalie.Gaudet patiētia duris. Uul-
gariʒatio.Nō paruas laudes.gloꝛiā.⁊ famā tunc acquirit
hō apud moꝛtales:qñ ꝯſtans ⁊ iperterritus inueniſ ſtare in
pſſuris.infoꝛtunijs.⁊ caſibus acerbis.Et ſʒ ꝙ in omni ad-
uerſa foꝛtuna ſit hoc a nobis operandū:potiſſimū in tranſi-
tu affiniū ⁊ attinentiū noſtroꝝ:cum ipſi vixerint ſm virtu-
tē:ſicut hic nobilis noſter.N.vñ a nobis pꝛomerēt laudem.
Laudemus ⁊c.In qbus verbis ad noſtrā ꝯſolationē:qꝛ vi
deo pſentias veſtras eſſe meſtas diſceſſu ſuo.qꝛ ⁊ in ſapiē-
te cadit doloꝛ:vt legimus de multis lʒ ꝯſtantiſſimis.Sigdē
⁊ magnus Alexander intellecta moꝛte vxoꝛis Darij:planxit
cū grandi dolia.Et Albertus Thomā:tamē nos debemus
vltimū vale hui⁹ ferre cū patiētia.duab⁹ rōnib⁹:ſʒ breuib⁹.
¶ Pꝛima dī vtilitatis.Sepe mecū cogitaui.vtrū moꝛs eſſet

bona:an mala. Et ſʒ primo ꝯſpectu videat̃ mala:tñ inuenio
ipſaʒ eſſe bonã. Ad eius ꝓbationẽ Julius Ceſar ſm ꝙ ſcri
bit Salu. in Catilinario. ſtimauit ⁊ dixit eã ꝑuenire aut ne-
ceſſitate nature. aut fine ⁊ quiete laboꝝ ⁊ miſeriaꝝ noſtraꝝ:
⁊ nõ eſſe ſuppliciũ attributũ a diis hoibus: nõ exiſtẽs aliud
ꝙ vnũ exiliũ animi habitare corporis. Vñ Plato in libello
de imortalitate aiaꝝ. Tritũ ſiquidẽ ⁊ ad oẽs decantatũ: vi-
tã noſtrã peregrinationẽ eſſe quãdã. Et ipſo antiqui no-
ſtri vt abbreuiarent aliqd paruũ momentũ hanc calamito-
ſaʒ vitã ⁊ applicarent illi perẽni. voluntarij ſubierunt mor-
tẽ. Sicut Attilius regulus apud Carthaginenſes. Teranes
apud. 70. tyrãnos Lacedemonie. Caridemus athenieñ apd
Darium. ⁊ Theodorus apud regem Liſimacũ. Qui minãs
ſibi crucem. rñdit ſicut ſcribit Tul. in. I. Tuſcu. Iſtis queſo
iſta horribilia minitare purpuratis tuis. Theodoro quidẽ
nihil intereſt. humi ne an ſublimi putreſcat. Et Scipio emi-
lianus dũ intellexiſſet a maiore africano felicitatem eterne
vite. ⁊ vidiſſet Paulũ emiliũ ſuũ patrẽ in ꝯſomnis. bramauit
lo vſſire del corpo: ⁊ dixit ſibi. Queſo pater ſanctiſſime atqʒ
optime: qm̃ hec eſt vita vt africanũ audio dicere: qd moror
in terris. qn huc ꝓpero ad vos venire: Sic deſiderauit glo-
rioſus noſter ro. Paulus: qñ dixit. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cuʒ
xp̃o. Et iteꝝ. Infelix ego hõ: qs me liberabit de corpore mor
tis huius: Propterea pr̃ Augu. comprehendens hanc cala-
mitoſam vitã nõ eſſe patriã noſtrã ſed vaſtũ mare affanoꝝ:
exclamauit appellans eos felices qui iã de eo eſſent liberi
ac franchi. dicẽs in Solilo. O vere felices qui de periculo
maris huius educti: ad deũ portũ tutiſſimũ ꝑuenire merue-
runt. O vere inq̃ʒ felices qui de pelago ad littus. de exilio
ad patriã. de carcere ad palaciũ peruenerunt. O vere bti.
O terqʒ quaterqʒ beati: qui iaʒ oium maloꝝ exuti periculis.
ſecuri iam de ſua imarceſſibili gloria. ad regnũ decoris me-
ruerunt peruenire. Prima ratio.

¶ Scdo rõne gaudij. Cicero in. I. Tuſcu. Non eſt lugenda
mors: quã ſequit̃ imortalitas. Exiſtẽs aia noſtra per originẽ
ſuã celeſtis: tunc gaudet qñ ad originẽ ſuã reuertit̃: Sicut
facit peregrinus qui abſoluto longo ⁊ laborioſo itinerario:

letaẽ q̃ñ intrat̃ dulcẽ ⁊ deſideratã patriã. Sic gauiſa eſt aĩa Laurẽ. q̃ veniens in vltimũ ſuſpiriũ ⁊ videñs d. Frãciſ. diſceſſu ſuo repletũ dolore: ꝯfortata ẽ de ſuo bene eſſe: di.
Et hora il morir mio che ſi tannoia
Ti ſarebbe allegrar. ſe tu ſenteſſi
La milleſima parte de mia gioia. Os dictũ affirmauit luculentus Lact. noſter in. 7. de beata vita: dicens beatũ punctũ moriendi: in quo aĩa dñ fuerit adorna virtute inuenit ſe ꝯſolatã: ⁊ dicit. Quãta felicitas eriſtimanda eſt. ſubtractuꝫ his labiis terre hoĩem. ꝓficiſci ad illũ equiſſimũ iudicem parentẽq́ꝫ indulgẽtiſſimũ: qui ꝑ laboribus requiẽ. ꝑ morte vitã. ꝑ tenebris claritatẽ. ꝑ terrenis ac breuibus bonis. eterna ⁊ celeſtia largiaẽ: q̃a cũ mercede acerbitatis ac miſerie quas perpetimur in hoc mũdo. facientes opera iuſtitie ꝯferri ac coequari nullo modo poſſunt. Proinde ſi ſapientes. ſi beati eſſe volumus: cogitanda ac ꝑponenda nobis ſunt nõ tm̃ terẽtiana illa. molendũ eſſe vſq́ꝫ in piſtrinũ. vapulãdũ. habende cõpedes: ſed his multo atrociora. carcer. cathene. tormenda patienda. ſuſtinendi labores. mors deniq́ꝫ ipſa ⁊ ſuſcipienda eſt ⁊ ferenda: cũ liqueat ꝯſciẽtie noſtre nec fragilem iſtã voluptatẽ ſine pena. nec virtutẽ ſine premio fore. Uniuerſos igiẽ oꝫ operã dare: vt vl ſe ꝗ̃primũ ad realẽ viã dirigant. vel ſuſceptis operatiſq́ꝫ virtutibus. huius vite laborib⁹ patiẽter eractis. ꝯſolatorẽ habere mereanẽ. Ille. Gaudent ergo morientes: ⁊ nos cũ illis gaudere debemus. Unñ Paulus. Gaudete cũ gaudentibus. Ad quẽ effectũ ipellit nos egregia vita dñi. N. noſtri. opa virtuoſa. integri mores. ⁊ felix tranſitus eius ⁊c̃.

¶ Sermo cõis: in quo tres rationes afferunẽ dolori leniẽdo: que perpulchre ſunt. Ser. 15.

INdica mihi quem diligit aĩa mea: vbi paſcas vbi cubes in meridie. ne vagari incipiam. Cant. p.
¶ Ignorare nõ debemus. N. ꝙ lꝫ hec ver-

ba ſm doctrinā doctoris ſancti. litteraliter exponant̄ de pri-
mitiua eccleſia. q̄ preſſa grandibus affannis. petebat adiu-
toriū a ſponſo ſuo xp̄o ꝙ illi porrigeret ſubſidiū: nihilomi-
nus volens loqui moraliter. poſſunt exponi de quolibet ca-
tholico xp̄iano. qui oī hora. oī momento querit xp̄m tanq̄
deſideriū ⁊ vltimū finē ſuū: dicens. Indica mihi ⁊c̄. Unde
ad noſtrā ꝯſolationē inuenio. 3. rationculas q̄bus p̄ſentem
dn̄i. N. a nobis partitā debemus cū patientia tolerare.

¶ Et prima dicit̄ diuine volūtatis. Impoche debemus ꝯſi-
derare ꝙ ſic placuerit diuinis voluntatibus. q̄bus debemus
noſtras bramas ⁊ deſideria ad totū accōmodare. Que cuili-
bet humano intellectui ſm rationē regulato. ſunt ſuff cietiſſi-
mū ⁊ ſolatiū ⁊ ꝯfortū. Un̄ Hiero. in quadā ep̄la ꝯſolatoria:
ſcribens Tyraſio de obitu filie: ſic dicit. Reſurgere credim⁹
mortuos noſtros: ⁊ plangimus: Quid faceremus ſi mori tā-
tūmodo p̄ciperet deus: Uoluntas eius vtiq; ſola ſufficere
d3: ad ſolatiū: cui nullū p̄ponere iubemur affectū. Et Sen̄.
ad Lucillium. Placeat hoī: q̄cq̄d deo placet. Et p̄i Augu.
in. 3. de trini. Nihil fit qđ de itelligibili atq; aula ſummi ipe-
ratoris nō egrediat̄. Si ſibi placet capere noſtros genitores.
filios. attinentes. ⁊ affines: aut res noſtras: placeat ⁊ hoī.
Quia cū ſit ſumma ⁊ ſapiētia ⁊ bonitas: nō pōt velle niſi op-
tima: vt monſtrat Dio. in. 4. c. de di. no. Et Plato in Timeo.
Et iō hoc fuit qđ cōprehendens d. Laura: r̄ndit morti q̄ ſi-
bi minabatur leuare ab hac vita.

Come piace al ſignore. che in cielo ſtaſſi
Et inde regge ⁊ tempra luniuerſo.
Farai di me quel che de gli altri faſſi
Coſſi riſpoſe. Rōne ḡ diuine volūtatis ꝯuenit nos ꝯtētari.

¶ Scda rō dicit̄ eq̄tatis. Quia iuſtū ē quēlibet p̄rēdere qđ
ſibi ꝯuenit. Quia de rōe iuſtitie eſt: reddere vnicuiq; qđ ſuū
eſt. Un̄ eſſendo dn̄s. N. dei rōne creationis: q2 deus ipſum
creauerat. Et rōne ſimilitudinis: q2 ſicut in deo eſt memoria.
intellectus. ⁊ volūtas: ſic in dn̄o fuit memoria. intellectus. ⁊
volūtas. Memoria in memorando beneficia diuina. Intel-
lectus: q2 l3 iuuenis etate: erat tn̄ maturus moribus. Uolun-
tas: eundi de bono in melius: de virtute in virtutē. Et ra-

tione ſuoꝝ opeꝝ virtuoſoꝝ. Cū ergo tantis reſpectibus eſſet deci: rōnale fuit ⁊ iuſtū cū deus ad ſe ceperit. Vñ Hiero. in ſupradicta epl'a. Nihil abſtulit tuū: qui recipere dignatus ē propriū. Et ideo ſubiūgit ipſe Hiero. Creditū ſuū recipere decuit creditorē: ⁊ nihil aliud decet ꝙ creditori ſuo gratias agere mutuanti. Sic Job fecit: qui habebat. 7. filios ⁊ tres filias. Ipſi erant ingētiſſime facultates terrene ſupra oēs orientales. Sua poſſeſſio erat. 7. Mil. ouiū. tria millia cameloꝝ. quingenta iuga boū. ⁊ qngente aſine: ⁊ grandis familia. Or ad exēplū noſtrū: permiſit vt oīa in vno momēto perderet. Unde quadā die venit nuncius ad Job: dicēs. Tu neſcis Job: boues arabant ⁊ aſine paſcebāt iuxta eos. ⁊ venerunt Sabei ⁊ oīa tulerunt. ⁊ occiderunt famulos: ⁊ ſolus euaſi vt nunciarē tibi. Adhuc eo loquente venit alius: ⁊ dixit. Cecidit ignis e celo. ⁊ ꝯſumpſit oues ac famulos: ⁊ fugi ſolus vt nunciarē tibi. Nō fecerat finē dicendi: ſuperuenit alius. Job Caldei fecerunt. 3. turmas ⁊ inuaſerunt camelos ⁊ occiſis cuſtodibus fugiētes ſecū ꝯduxerunt. ⁊ ſolus fugi vt nunciarē tibi. Loquebat̄ ille ⁊ venit alius dicens. Ecce filij tui in ꝯuiuio in domo tui ꝑmogeniti ꝓrexit turbo ⁊ ꝓcella que domū ꝯcutiens cadenſqȝ oēs oppſſit: ⁊ ego ſolus euaſi vt nunciarē tibi. Or qua: quot eſſent. qbus ſi tales caſus nō dico oēs ſed vnus interuenirent: ꝓrūperet in deſperationē: in horribiles blaſfemias. ⁊ inſanirent: Sed nulla aduerſitas. excidiū. aut clades rapit conſtantē Job: proiecit ſe ꝓnū in terrā: ⁊ ſolū dixit hec verba. Nudus egreſſus ſum de vtero matris mee: ⁊ nudus reuertar illuc. Dñs dedit ⁊c. vſqȝ benedictū. Cognouit Job hoīem dotatū rōne debere regulare ſua vota illis diuinis. Jō Hiero. ſuper hoc. Reſpice Job. quāta ſuſtinuit: ⁊ videbis te nimiū delicatū. Illum erectis in celū oculis. inter ruinā domus penas vlceris. innumeras orbitates. ⁊ ad extremū vxoris inſidias. inuictā tenuiſſe patientiā. Ille. Ponamus hmōi exēpla ante lumina nr̄a: ⁊ videbuntur noſtra patibula eſſe viole ⁊ recētes roſe.

¶ Tertia rationcula dicit̄ vtilitatis. Quia miniſterio mortis factus eſt liber a tot diſſagijs ⁊ periculis mūdanis. Nā quāto moramur in hoc ſeculo: tāto magis maculamus aīum

noſtrū ꝯtagio peccatoꝝ. Vñ Aug. in quodā ſermone. Quo maioꝛ eſt etate: maioꝛ eſt iniquitate. Et idē in libꝛo meditationū. Cur vitā iſtā tātopere deſideramus: i qua quāto plus viuimus: tanto plus peccamus. quanto eſt vita longioꝛ tanto culpa grauioꝛ. Quotidie naqꝫ creſcunt mala: ⁊ ſubtrahūtur bona. Et ideo Hiero. ad Theodorā. Obſecro te: vt Lucinū tuū gaudeas regnare cū xpo. Qui raptus eſt ne malicia imutaret mentē eius. Et hoc eſt qd ꝯcludit thema noſtrum. Indica mihi quē diligit aīa mea. Indica mihi deus pater celeſtis: quē diligit aīa mea. i. xpm. Ubi paſcas: fideles. Ubi cubes: per gratiā. Et hoc dico: q̄diu ſum in meridie: in hoc caloꝛe bene operandi. Ne vagari incipiā: a bene operandi. ad malū. In obitu ergo dñi. N. debemus ꝯſolari. Pº rōne diuine voluntatis: ꝯſiderādo ꝙ ſic placitū fuit diuīe volūtati.

Scđo rōne eqtatis: qꝛ iuſtū eſt deū cum recipiſſe: qꝛ ſuus erat. Tertio rōne vtilitatis: qꝛ euaſit tot pericula coꝛpoꝛalia ⁊ ſpūalia. Vñ ipſe bene pōt dicere. cū Ps. Laqueus ⁊c. Et ſi foꝛte hę rōnes nō cogunt nos: ꝯſideremus vitā ſuā laudabilē. integros moꝛes. opera virtuoſa. felicē tranſitū cum aſſumptione celeſtiū ſacramentoꝝ. Et ab alio latere lugeamus nos poſt: vt dicit Hiero. Nos magis dolendi ſumus q quotidie ſtamus in pꝛelio ⁊ peccatoꝝ vitijs ſoꝛdidamur ⁊ accipimus vulnera: ⁊ de oī verbo ocioſo reddituri ſumus rationē. Declaratio. Nos ſumus magis habendi in cōpaſſionē qui oī die oī momento ſtamus in pugna carnis. mundi. ⁊ inimici: ⁊ incauti coꝛruimus in diuinas offenſas ⁊c.

¶ Sermo cōis: perbꝛeuis elegans ac deuotus: pectoꝛa demulcens merentia. Ser. 16.

Conſolamini inuicē.

2. Teſſa. 4.

¶ Cōmunis ꝯſuetudo ⁊ naturale deſideriū eſt oīum gentiū: gaudere ſoſpitate. valitudine. ⁊ pñtia ſuoꝝ caroꝝ ⁊ affiniū. Vnde ſic li. 9. Ethy. ſcribit Ar. Amicus ꝯſolatur pñtia amici ⁊ lo

cutione. Et in.2.Rethor. Separari ab amicis: triſtabile eſt. Sed aquel hora ꝙ hõ videt ſanguinẽ ſuũ dilongari a ſe: pſertim rea.fera.⁊ maligna morte: ꝯſtringit languere. Qd effectũ reperimus feciſſe ⁊ ſanctos. Planxit Ioſeph patrem ſuum Jacob: videns eum mori Geñ.50. Planxit rex Dauid Saulẽ ⁊ Jonathã interſectos in ꝑlio.2.Reg.1. Amariſſime lachrymata ẽ illa illibata ⁊ intacta Maria: videns tantũ ſuũ filiũ in ligno extinctũ Io.19. Planxit ⁊ Enea ſub ſaxo vocato Atrandro. mortẽ Creuſe vxoris ſue euanite in cruda ruina Troie. Sed hoc vnũ affirmauero eſſe attributam hoĩ nõ paruã laudẽ: qñ talẽ caſum fert cũ patiẽtia ⁊ equitate animi. Ad qd inducit hõ per numeroſam copiã vrgentiũ rationũ. ſed maxime vnius in preſcritiaꝝ. que breuis eſt.

Et dicitur diuine voluntatis.

Quiã ſic ſũmus deus qui regit ⁊ tẽperat vniuerſum: voluit. Uñ hõ adornus rõne: dz accõmodare ſe diuinis voluntatibus. Imperoche ipſe qñ videt hoĩes reductos diſpoſitioni debite ꝑ beatitudine eterna: tunc permittit mortẽ leuarli a terra: vt in tali ſtatu innocētie trouandoſi aſcendãt ad celũ: vbi totaliter ſint excepti a grauibus periculis vite pñtis. Et eſſendo la morte talis nature ꝙ ſe transferat in oẽm pſonã: ⁊ vna vice ſupraueniuta. nõ poſſit iam amplius in idem indiuiduũ reuerti. Iõ bene Señ. in ep̃la.74. dicit. Placeat hoĩ: qcqd deo placet. Et nos petimus in quotidiana ⁊ aſſidua deprecatione. Fiat volũtas tua. Et qñ hoĩ videretur durũ: ꝯueniret ſibi illa merita reprehẽſio: qualẽ facit Señ. ſcribẽs Lucillio in ep̃la.100. vbi deridet inanes lachrymas noſtras: dicẽs ipſe idẽ eſſe lãguere aliquẽ mortuũ: quale eſt flere cũ fuiſſe hoĩem: vbi ſic apte loqtur. Superfluũ eſt dolere: ſi nihil dolendo ꝑficias. Deinde iniquũ eſt. queri de eo qd vni accidit ⁊ oĩbus reſtat. Deinde deſiderij ſtulta ꝯqueſtio eſt: vbi minimũ intereſt inter amiſſuꝫ ⁊ deſiderantẽ. Eo itaqꝫ equiore animo eſſe debemus: ꝙ quos amiſimus ſequimur. Reſpice celeritatẽ rapidiſſimi tẽporis. cogita breuitatẽ huius ſpacij. per quos citatiſſimi currimus. Obſerua hũc comitatũ generis humani eodẽ tendẽtis. minimis interuallis diſtinctũ. etiã vbi maxima videñt. Quẽ putas periſſe: ꝑ-

miſſus eſt. Quid aūt dementius. q̄ cū idem tibi iter emen-
tiendū ſit: flere qui anteceſſit? Flet aliquis fatū: qd nō igno-
rauit futurū. Aut ſi morte ī hoie nō cogitauit: ſibi ipoſuit.
Flet aliquis factū: qd aiebat nō poſſe nō fieri. Quiſqs ali-
quē queritur mortuū eſſe: querit hoiez fuiſſe. Oēs eadē ↄdi-
tio deuinxit. Cui naſci ↄtingit: mori reſtat. Interuallis diſtin-
guimur: exitu equamur. Hec ille. O ſaggia. aurea. ꝛ celebrā-
da ſnia. Dhe tacia Eutropio. Paulo oroſio. Plinius. ꝛ Lu-
cius florus. Taceat Titus liuius. Plutarchus. Saluſtius. cū
Libio. Obmuteſcat facundia. M. Tullij. Platonis: Lactā-
tij. Ueniat in ſilētio Darctes troianus. Antonius. Craſſus.
Diodorus. Hortēſius. ꝛ Pollio. in cōparatione ſnie Senece:
qn̄ tam efficaciter ꝛ breui ſermone ↄcluſerit noſtram rōnē:
tranſitū noſtroꝝ attinētiū cū fortitudine ai eſſe tolerandū.
Et vere: ſic eſt ab oibus nobis operandū. Imperoche talis
caſus hoi ornato optimis moribus eſt dulce riposo. Unde
Tulli. in orat. 14. Nam neqꝫ turpis mors forti viro accide-
re pōt. neqꝫ imatura conſulari. neqꝫ miſera ſapienti. Sicut
nos poſſumus ↄiecturare interueniſſe huic noſtro nobili vi-
ro dn̄o. N. qui fuit in tota vita repletus iuſtitia. conſtantia.
p̄ſtantia ai. virtute. ꝛ oi habitu digno cōmendatione ꝛ lau-
de. Un̄ credo reoportet premiū in celo a iuſto iudice. Qui
ſicut vnq̄ nō religt aliquē defectū ipunitū: medeſimamēte
vnq̄ pretermiſit eſſe aliqd bonū irremuneratū.

¶ Sermo cōis: ↄſolatorius: ob eā cauſam q̄ defunctus
euaſerit tot mundi clades. Ser. 17.

Mulier timens deum: ipſa laudabitur. Prouer. vlti.

¶ La natura humana quantūche di cor-
porea belleza. di habiti intellectuali. di ho-
nore. di gloria. in omni parte ſit veſtita. N.
tamen illi nō eſt cōicatū in p̄ſenti peregrinagio poſſe ha-
bere ſuā perfectā. integrā. ꝛ ↄſumatā felicitatē. Un̄ Lactā.
in. 3. al. c. 12. Hec vita preſens ꝛ corporalis beata eſſe nō po-

teſt:q? malis ſubiecta eſt per corpus. Beatitudo enim perfe-
cta eſſe dz:vt nihil ſit qđ eam vexare aut imutare poſſit. Ad
quā felicē ⁊ celeſtē beatitudinē hō ſalire nō pōt:ſi primo
nō ſe affaticet ſic in exercitijs corporeis ſicut ſpūalibus. ⁊
obſeruatione diuinoꝝ preceptoꝝ. Jn.x. Meta. Nō perueniſ
ad finē:niſi mediantibus debitis medijs. Qđ egit dña. M.
vnde in hoc puncto ꝓmerē laudē apud mortales. Mulier
timens ⁊c. Et q̄uis ſua ſola laudabilis vita ſit ſufficientiſſi
ma. debere nos ꝯſolari in hoc ſuo aie tranſitu:tñ q? accidit
ꝙ illi qbus interuenit talis ſors doleant. cernentes carnem
ſuā a ſe diſpartirſi ⁊ ire ſub tellurē:iō ad ꝯſolationē noſtrā
adducam vnā rōnē ſed breuē. qualē adducūt doctores ſan-
cti tali caſu:⁊ de illa ſola erimus ꝯtenti:q̄ dicit ab eis cōmu
tationis. Solet per naturā perſona tunc riallegrarſi. qñ a
reo ⁊ miſero ſtatu eſt traducta ad felicē. Quod euenit hoī
virtuoſo in vltimo. ſuſpirio. moriens. qñ recipit mercedē ope
rū preceſſoꝝ in vita. Et impero dz hō ſapiens libenter tole-
rare nō ſolū tranſitū ſuoꝝ attinētiū ⁊ affiniū:verū etiā ſuū
qñ caſus aduenit:vt monſtrat Ap. in ꝓceſſu libelli. de mor-
te ⁊ vita. Peroche reaſſumiē a ſtatu mortali:ad imortalez.
A tēporali ad eternū. A miſeria:ad beatitudinē. A dubio-
ſa tēpeſtate: ad certiſſimā inuariabilē. ⁊ letā tranquillita-
tem. Sentētia obſeruata a gentili opinione. a phis celebra-
ta. a poetis decantata. a ꝓphis prenunciata. ⁊ ab experien-
tia approbata. Et in hac ꝯſideratione multi hoies excellēti
virtute ⁊ ingenio bramarunt mori veluti refrigeriū tot preſ
ſuraꝝ ⁊ affannoꝝ. Vñ ſanctus Hiero. ad Euſto. dicebat
de ſeipſo. O quotiēs ego ipſe in heremo. ꝯſtitutus. ⁊ in illa
vaſta ſolitudine q̄ exuſta ſolis ardoribus horridū mōachis
preſtat habitaculū. putabā me romanis intereſſe delitijs. Se
debā ſolus:q? amaritudine repletus erā. Horrebant ſacco
mēbra deformi. ⁊ ſqualida cutis ſitū ethyopiſſe carnis ad-
duxerat. Quotidie lachryme. quotidie gemitus. ⁊ ſi qñ repu
gnantē ſōnus iminens oppreſſiſſet. nuda humo vix oſſa he-
rentia collidebam. De cibis vero ⁊ potu taceo. cū etiā lan-
guentes monachi aqua frigida vtanē ⁊ coctū aliqd accepiſ
ſe luxurie ſit. Jlle igiē ego. qui ob gehēne metū. tali me car

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cere ipſe dānauerā. ſcorpionum tm̄ ſocius ⁊ ferarū. ſepe
choris itererā puellarū. Pallebāt ora ieiunijs. ⁊ mens eſtua-
bat deſiderio: in frigido corpore ⁊ ante hoiem ſua iam car-
ne premortuū ſola libidinū incendia bulliebāt. Itaqȝ oī au-
xilio deſtitutus ad Ieſu iacebā pedes. rigabā lachrymis.
crine tergebā. ⁊ repugnantē carnē hebdomadarū inedia ſub
iugabā. Nō erubeſco ꝯfiteri infelicitatis mee miſeriā: quin
potius plango me nō eſſe qd̓ fuerim. Memini me clamantē
diem crebro iunxiſſe cū nocte: nec prius a pectoris ceſſaſſe
verberibus. q̄ʒ rediret dn̄o iperante tranquillitas. Ipſam
quoqȝ cellulā meā quaſi cogitationum mearū ꝯſciam perti-
meſcebā. ⁊ mihimet iratus ⁊ rigidus ſolus deſerta penetra
bā. Sicubi ꝯcaua vallium. aſpera montiū. rupiū prerupta
cernebā. ibi mee orationis locus. illud miſerrime carnis er-
gaſtulum. Et vt mihi teſtis eſt dn̄s. poſt multas lachrymas.
poſt celo oculos inherentis: nōnunq̄ʒ videbar mihi intereſſe
agminibus angelorū. ⁊ letus gaudenſqȝ cantabā. Poſt te in
odorē vnguentorū tuorū currimus. Si aūt has ſuſtinēt illi
tentationes libidinū q̄ exeſo corpore ſolis cogitationibus
oppugnant: qd patitur xp̄ianus q̄ in delitijs viuit: Nempe
illud apl̄i: viuens mortuus eſt. Hec ille. Nec ſolū illi q̄ fue-
re inſigniti noīe xp̄iano: ſed ⁊ gentiles deſiderarūt mortem
hac rōne ꝯſideratione. Sicut. M. Attilius regulus q̄ reuer
ſus eſt ad Carthaginēſes certus de morte: vt abbreuiaret
hanc vitā aliquo paruo momento: ⁊ viueret eternaliter in
ore ⁊ monimētis poſteritatis. Hoc met impulit ad diuerſas
⁊ varias impreſas Decios. Fabios. Marcellos. Scipiones. ⁊
tot alios famoſos romanos ⁊ externos. Sicut cōprehendit
in. Q. Curtio. In Cornelio tacito. In Iuſtino. In Saluſtio.
In Tito Liuio. In Plutarcho. ⁊ in multis alijs hiſtoricis
lingue latine. Ideo Apl̄s. Infelix ego hō: qs me liberabit
de corpore mortis huius: Or ſi pagani cōportarūt cū forti
aio nō ſolū mortē ſuorū affiniū ſed etiā ſuā: qbus parata
erant ſempiterna incendia: quāto magis xp̄ianus eſſendo
ſtato adornās bonis. preclaris. ⁊ catholicis moribus: Uti
fuit dn̄a noſtra. M. que in toto proceſſu vite fuit vas ſingu-
larium dotum. laudabilium geſtuum: ⁊ operū virtuoſorū. ca-

tholica ⁊ ſancta: ⁊ vltimo felicis tranſitus. ⁊c.

¶ Sermo cōis: in quo diſputatur mors ſit ne bona: an mala. Ser. 18.

Memorare nouiſſima tua. Ecc. 7.

¶ Si homo cum oculo ſaldo ⁊ cū graui ⁊ matura ꝯſultatione reputaret breue ⁊ fugitiuū ſpaciū viuendi. Iā. neglecto ⁊ ꝑtermiſſo oi gaudio terreno. diſponeret mentē ⁊ opera ad conſequendū finē. ad quē natura humana ab eterno deo fuit in mundo ꝑducta. Uñ pater dicro. ad Cyprianū. Qui enim recordat quotidie ſe eſſe moriturū: ꝯtēnit ꝑſentia ⁊ ad futura feſtinat. Et glorioſus Plato in Phedro. tranſumpto a Tullio in. 1. Tuſcu. affirmauit antiquos phos ſolum huic meditationi moriendi inſudaſſe: dicēs. Tota phoꝝ vita: meditatio mortis fuit. Inter alios ſingulariter legimus Democritū q ad reprimendū humanā ſuperbiā: ſepiſſime ibat ad viſitandū ſepulturas mortuoꝝ. Jō bene dicit ſcriptura. Memorare nouiſſima t. In qbus verbis occurrit vna diſputatio: qualē forſan aliqs noſtrū ꝑpter noſtrū quotidianū mori potuit aliqñ feciſſe in mente ſua. Uꝝ mors ſit mala: an bona: Et videt in prima occurrentia eſſe mala. Quia ois res eam fugit: ⁊ q̄rit ꝑtelare vitā. Uñ Señ. in ꝑmo controuerſiaꝝ. Cara eſt cuiqꝫ vita. Et Cicero in. 1. offi. Principio: generi animantiū oi eſt a natura tributū: vt ſe. vitā. corpuſqꝫ tueat. declinetqꝫ ea q̄ nocitura eē videant. Et Arꝫ. in. 2. de aia. Oia appetunt participare eſſe diuinū: ꝑpter ꝑpetuum. Et in. 3. Ethy. dicit. Terribiliſſimū oium: eſt mors. Et ſcriptura. Ecc. 41. O mors q̄ amara eſt memoria tua. Uñ ⁊ humanitas xpi habuit de morte temanzā Mat. 26. Cum ergo oia eam ſumme fugiant: videt mala ⁊ nullo mō eſſe dicenda bona. Ceteꝝ ſi volumus bene rem reputare erit neceſſariū ꝑcedere eam ꝑſertim ais gentilibus nō ſolū bonā: ſed illis eſſe vtilem ⁊ vnū portū tutiſſimū lōgoꝝ mar-

tyrioꝝ ⁊ affanoꝝ. Vñ ſacri theologi potiſſimũ Scotus l. 4. ſic oſtendit. Nulla res glorioſa põt eſſe mala: Mors eſt res glorioſa. ergo mors nõ eſt mala imo bona. Preterea. Illud qđ nos facit francos meris malis ⁊ reponit in loco felicitatis. nõ põt eſſe niſi res optima: Mors ſic ſe hꝫ ꝙ nos facit exẽptos infinitis miſerijs ⁊ ꝑducit ad celeſte regnuꝫ: ergo mors nõ eſt mala ſed bona. Deh dicat ille parũ ꝑ charitatẽ. q̃ ſm ſtultã opinionẽ vulgi reputat̃ felix in mundo. quã rem habeat ꝙ ſibi poſſit porrigere vnã ꝯſolationeꝫ: ꝙ non ſit inuolta aſperis ⁊ infinitis amaritudinibus. Vñ in paruo momento perdunt̃ accumulate diuitie. regna. filij. ⁊ dilecta mũdana. Ubi ſunt horrea diuitie ⁊ theſauri poſſeſſi a ꝑncipibus ſecularibus ⁊ eccleſiaſticis: Ubi ſunt ornata ⁊ ditiſſima ſceptra: Ubi precioſe gẽme: Ubi rutilantes corone: Ubi tandẽ tot preſtantes ⁊ excelſi viri mundi: Hodie ſunt mẽbris nudi. miſeri aio. ⁊ mẽdici externaꝝ diuitiarũ. Nec etiã vilitas huius vite cõprehenditur in nõ guſtando aliqđ dilectũ: ſed ꝑpter tot ineuitabiles cauſas: vñ ipſi hoi proueniunt ⁊ affanni ⁊ moleſtie. Deh quot ſunt excidia: Quot iacture: Quot ruine: Quot ſupplicia: Quot imenſe paſſiones animi: Quot egritudines corporis: Et iõ merito piꝰ Augu. in prima parte ſupputationũ hoc cõprehendens: indicauit hãc vitã totaliter vilem ⁊ ꝯtẽnendã ⁊ deſiderari aliã meliorẽ di. Uita hec vita miſera. vita incerta. vita laborioſa. vita imunda. vita dña maloꝝ. regina ſuperboꝝ. plena miſeria ⁊ erroribus: q̃ nõ eſt dicenda vita ſed mors. in qua momentis ſingulis morimur per varios mutabilitatis defectus: diuerſis generibus mortis. Nunq̃ ergo q̃diu viuimus in hoc mundo poſſumus dicere vitã: quã humores tumidãt. dolores extẽnuãt. ardores excitant. aera morbidant. eſtus inflant ieiunia macerant. ioci diſſoluũt. triſticie cõſumunt. ſolicitudo coartat. ſecuritas hebetat. diuitie iactant paupertas deijcit. iuuentus extollit. ſenectus incuruat. infirmitas frangit. meror deprimit: ⁊ his oibus malis mors furibunda ſuccedit q̃ gaudio huius miſere vite finẽ iponit. ita vt quã eſſe deſierit. nõ fuiſſe putetur. Et Petrar. in triũpho temporis.

Che piu dun giorno e la vita mortale?
Nubilo.neue.freddo.τ pien di noia.
Che puo bello,parere:ma nulla vale.
Et ideo ipſi excellentes hoīes ꝯſiderantes nullā quietē eſſe in p̄ſenti vita habere ꝓ more deſiderare mortē.vt ꝑ mortē ipſi ꝯſequerent aliā vitā:qualis nō ſit plus ſuppoſita morti. Quā rem demonſtrauit cū effectu Ambraciotes phs qui ſicut ſcribit Ci.in.I. Tuſ.Et Aug. in.I. de Ci.legens librum Platonis de imortalitate aīe.ꝑpter deſideriū poſſidendi illam vitā ſe gito da vn muro ꝑ morire:τ mori.Et ipero apl's Heb.13.Nō habemus hic manētē τc̄.Et de ſe ſteſſo loquēs Phil.I.ſcripſit.Diſſolui cupio τc̄.Bene ergo debemus concludere mortē eſſe bonā τ nō malā:ꝗ̄ ſpenge vna morte viuente τ pturiſce la ſempiterna.τ ſic in obitu noſtroꝝ nobis eſt oblata potius materia gaudiȷ̄ ꝙ̄ alicuius doloris:quando ſunt aſſumpti ad celū ab abyſſo mari tot turbalētaꝝ tēpeſtatū.Ad qđ ſaliſſe dn̄m.N.multa mihi pſuadent.Sic laudabilis vita.ſic preclara facinora.ſic aſſumptio omniū ſacramentorum.

¶Sermo cōis:in quo declaratur hoīem neceſſario moriturum:corporis ratione. Ser.19.

C Ollaudabunt multi ſapientiam eius. Ecc̄.39.

¶Naturalis appetitus eſt oīum animalium: ꝙ deſiderant ſumme ſuā ꝯſeruationē:τ tanto plus quāto ſunt nobiliora τ habēt intelligentiā τ noticiā ſue nobilitatis. Sed qꝛ illa lex τ ꝯditio humana durat τ perſeuerat.nō dimeno vniuerſale τ iuſta ꝙ Oīa orta occidunt.nō ꝯcedit anzi repugna ꝯſeruarſi in hoc ſtatu vltra debitū terminū.ad quē per neceſſitatē ꝯuenit venire vna vlce. Quia reddenda eſt terra terre per experientiā quotidianā:ꝗ̄ tanta eſt ꝙ ois auctas eſſet ſuperflua ad hoc ꝓbandū.Sola eſt vna ꝯſeruatio:viuere in memoria poſteritatis.Et famā extēdere factis.Quā ſolā ꝯſequunt illi ꝙ per mediū virtutis merent relinquere

eternū nomen ⁊ memoriā ſui. Et q̄uis vita ſit breuis ⁊ cor‑pus reſoluatur in ſuis principijs. virtus nō patit̄ reſolutio‑nē nec dānū. imo p mortē remoto velo inuidie q̄ eſt inimica ⁊ aſſidua ſocia virtutis. inter viuentes demonſtrat̄ lucidior ⁊ ſplendidior. Qua quidem virtute ⁊ optimis moribus fuit adornus dñs. N. vnde meret laudē apud mortales. ⁊ pre‑miū apud deū in celo. Collaudabunt. Et lȝ ſua optima. inte gra. ⁊ laudabilis vita. honeſta ⁊ religioſa opa nobis ſatis ſint ad ꝯſolandū noſtrū: qꝛ vos video triſtes ſub brunis ve ſtibus adducam vnam breuem rationem ad noſtram con‑ſolationem: que dicitur neceſſitatis.

Requirit natura hoīs: ꝙ ſemel veniat ad hūc pūctū. Quia oīs res q̄ in mundo naſcit̄: neceſſitate eſt ad cadū ad terrā ſicut ad genitricē ⁊ matrē oīum reꝝ. Vñ ad hoc ꝓpoſitum ſcribit antiquiſſimus vates Lucretius. Cedit idem retro de terra qđ fuit ante in terrā. Quā veritatē cōprehendētes an tiqui egyptij ad perpetuā memoriam ipſoꝝ terree ⁊ limoſe originis in ipſoꝝ ſacrificijs vtebant̄ in manu herba vulua culta in paludibus. quaſi ſicut affinis prima noſtre nature. Teſtificant̄ pariter idem inſici ethyopes. qui inter alias pa trias laudes quas ſibi attribuunt. dicūt ſe eſſe primes ho‑mines qui nati ſunt in terra. Et Liuius li. p̄mo ab vrbe cō dita. ponit ꝙ poſtq̄ Tarquinius ſuperbus expugnauit Ga bios: filij ſui ierunt Delphos. regrentes qualis coꝝ debebat ſuccedere in regno. Et in hoc itinere duxerunt ſecum ⁊ Iu‑niū Brutū. Vñ rñdens oraculū ꝙ ille rome regnaret poſt Tarquiniū q primus oſcularet̄ matrē: Brutus finxit cadere in terra: ⁊ eam oſculatus eſt. Vbi filij Tarquij nō intelligen tes occultū rñſum. accelerarunt reuerti romā vt matrē oſcu‑larent̄. Et ita poſtea ſecutū eſt. ꝙ pulſo a roma Tarquinio p̄ mus ꝯſul romanus electus fuit Brutus: ⁊ ipſe ſucceſſit ro‑mano iperio. Vñ merito capit̄ argumentū terrā eſſe noſtraꝫ antiquā matrē. Dū ergo hō ſit de terra: rōnale eſt ꝙ ad eaꝫ reuertat̄ tanq̄ ad vnicū ſuū ⁊ ꝓpriū p̄ncipiū. La doni ob hoc nō multū antiq ſecerunt grandē ēſtimationē moriendi. Vñ Tulli. in lib. de Senec. Hoc meditatū ab adoleſcentia eſſe dꝫ. mortē vt negligamus: ſine qua meditatione aio tran

quillo eſſe nemo põt. Moriendũ enim certe eſt ⁊ incertũ an eo ipſo die moriat̃. Et in eodẽ libro docet mortẽ eſſe appetendã, hoi ꝟtuoſo: dicẽs. O miſerũ ſenẽ q mortẽ ɔtẽnendã in tam longa etate nõ viderit: q̃ aut clare negligenda eſt ſi oio extinguit aium: aut etiã optanda ſi aliquo eum abducit vbi futurus ſit eternus. Quid igit̃ timeam: ſi aut nõ miſer poſt mortẽ. aut etiã beatus futurus ſim: Vñ hõ rõne adornus dꝫ eũ fortitudine ai cõportare mortẽ ſuã. ⁊ multo plus attinentiũ ⁊ affiniũ ſuoꝝ qñ caſus interuenit. maxime tunc qñ ſancte vixerint in ꝓceſſu vite. voluentes in mente ſua iuſtis talẽ caſum nõ eſſe niſi de meris malis felicẽ cõmutationẽ premioꝝ eternoꝝ. ſicut affirmat Aug. in .i. de ciui. dei. dicens. Mala mors putanda non eſt: quã bona vita ꝑceſſit. Neqꝫ enim facit malã mortẽ: niſi qui ſeqtur mortẽ. Qd cũ ſatis apertis ɔiecturis credimus obueniſſe dño nr̃o. N. q ⁊c.

¶ Sermo cõis: ad idem. Ser. 20.

Ecce quõ cõputatus

eſt inter filios dei: ⁊ inter ſanctos ſors illius eſt. Sap. 5.

¶ Eſſendo la legge ⁊ ſtatutum vniuerſale mortis. ſicut deſcribitur a Paulo Heb. 9. Statutum eſt hominibus ſemel mori.

Et Oui. x. Meta. Oia debent morti: paulũqꝫ morati
Serius aut citius. ſedẽ ꝓperamus ad vnam
Tendimus huc oẽs: hec ẽ domus altera nobis: rõnalis res eſt ꝙ hõ dotatus rõne. anteq̃ꝫ approximet ad illud punctũ horribile ⁊ ſpauentoſum. in tali mõ diſponat oẽs ſuas hũanas opationes. vt ſicut eſt mortalis quãtũ ad corpus: ſic nõ ſit mortalis quãtũ ad aiam. priuatione gratie gratũ facientis. Ad quẽ effectũ apte nos inſtruit cum breuibus verbis Senẽ. in epla. 19. di. In freto viximus: moriamur in portu. Et ſcũs Hiero. dicit de antiqs phis. Tota phoꝝ vita: cometatio mortis fuit. Hoc egit hic noſter nobilis. q in toto ꝓceſſu vite: excoluit habitũ virtutis. Vñ merito eſt cõputatus iter

electos dei: vt diuint verba aſſumpta. Sed q2 eſt naturale. ꝙ hō dolcat in diſceſſu ſuoꝝ. ⁊ ego cerno vos meſtos ſub brunis veſtibus: recollegi duas ratiunculas ad noſtrā ꝯſolationem. in hoc ſuo tranſitu.

Et prima dicit̃ neceſſitatis. Sicut affirmāt phice norme. natura oium reꝝ intercluſaꝝ ab electo ignis. fuit a ꝑncipio ſtatuta debere pati tranſmutationē. ⁊ vna vice venire ad finē. Vñ accōmodata hec mundana regio. fuit a phis cognominata quin reꝝ actiuaꝝ ⁊ paſſiuaꝝ. q2 in ipſa ſunt collocata quattuor elemēta q̄ in ſe ꝯtinent ꝑmas qualitates ꝯtrarias. per quaꝝ operā oiꝫ res terrena eſt ſubiecta in breui ſpacio corruptioni. Et maxime huic defectioni eſt ſuppoſita humana natura: vnde merito hoies inter oia aiantia ſunt cognominati mortales. Unde Tulli. in. I. Tuſc. Moriēdū certe eſt oibus. Et in illo de ſenec. Moriendū enim certe eſt: ⁊ incertum an eo ipſo die moriat̃. Et Senec. in Thebaide. Ubiq3 mors eſt: eripere vitā nemo hoium pōt. Et Petrar. in. 5. trium. temporis.

Forſi che in darno mie parolle ſpargo
 Ma io vi anuncio che voi ſeti oppreſſi
 Da vn graue ⁊ mortifero letargo
Che volan lhore. giornj. e gli anni ⁊ meſi.
 Inſieme cum breuiſſimo interuallo
 Tutti habiamo a cercar altri paeſi.

Et ſcriptura dicit. Quis eſt hō qui viuit: ⁊ nō ⁊c̄. Quelibet ergo res per generationē naturalē aut per qualēcūq3 aliaz tranſmutationē intus aduſq3 eſt ꝑducta in eſſe illa ꝑ certā ⁊ manifeſtā experientiā videt̃ deficere. ⁊ ad moriendū appropinquare. Vñ ob hoc hō ſapiens in tali caſu vniuerſali ⁊ iuſto: d3 ꝯtentari volēdo qd vult deus autor ipſius. Quez tranſitū Julius Ceſar ſm ꝙ ſcribit Saluſt. in Catili. ⁊ Cicero in oratione ꝯtra Catilinā ſtimauit ꝑuenire aut neceſſitate nature. aut fine ⁊ quiete noſtroꝝ laboꝝ: ⁊ nō eſſe ſuppoſitū a diis hoibus attributum. Et ſic ſe ꝯſolatus eſt ſapiens Seneca in libello de remediis: qñ nuncianti liberos ſuos extinctos: dixit hec verba ſicut ille habebat linguaz ⁊ pectus plenū phia. Stultus es: ſi defleas mortē mortaliū.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

[illegible]

[illegible]

¶ Sermo ad idem: qui lʒ ſit idem fere principio: alia tamen incedit via. Ser. 27.

FActum eſt gaudium

magnum in illa ciuitate. Act. 8.

¶ Mirabilē doctrinā. veriſſimā ⁊ ſingularē deſcribunt ſancti doctores. dicentes ipſi diſceſſum ⁊ partitā quē faciunt cari noſtri ab hac p̄ſenti luce. nullo modo eſſe lugendū. ⁊ preſertim coꝝ q ſalierunt ad aureū albergū celū: cum candida gonna innocentie. Ūn̄ cum cignea voce ad hoc ꝓpoſitū in q̄onibus tuſculanis ſcribit oculus facundie noſtre. M. Tulli. Non eſt lugēda mors: quā ſequitur imortalitas. Idē in paradoxis. Mors terribilis eſt his quoꝝ cū vita oia extinguunt. non his quoꝝ laus emori nō pōt. Et in orone. 13. Beata mors coꝝ futura eſt: q e vita excesſerunt ſine tormētis. Idē in libello de Senectute ad Atticū. Viuendi eſt optimus finis: quū integra mente ceteriſqʒ ſenſibus. opus ipſe ſuū eadē q̄ augmentauit natura diſſoluit. Ceteꝝ: qꝛ ſolent hoies lʒ conſtātes in tali caſu languere ⁊ dolere. cernentes ſanguinem ſuū ire ſub terrā. ꝓ tāto doctores ſcti adducūt numeroſaʒ copiā rōnū ad ꝯſolationē noſtrā: ſed duas ſolū adducemꝰ.

¶ Et p̄ma dicit Gaudū. Quia magnū gaudiū ⁊ ineffabile fit in ciuitate paradiſi de pſonis pure innocētibus. q̄ nunq̄ admiſerunt aliqd delictū. nec mortale nec venabile. De numero hoꝝ nō fuit vnq̄ aliqs adultus: nō patriarca. nō propha. nō apl's. nō matres. nō alius ſanctus celi. excepto dn̄o noſtro ⁊ matre ſua. ⁊ glioſis innocētibus. q diſcedunt an̄q̄ peccent. mundati originali ꝯtagio lauacro baptiſmali. Tales qn̄ moriunt: fit magnū feſtū in toto regno celeſti. Sicut qn̄ rex terrenus ſuſcipit a regina primogenitū. totū regnuʒ feſtū facit ⁊ oēs ſunt poſiti in zolia: ſic qn̄ regina. ſ. eccleſia militans mittit a d celū tales paruulos innocentes. rebombat ⁊ reſonat totū celum. Ūn̄ anagogice dixit dn̄s Io. 16. Mulier quū parit triſtitiā hʒ: qꝛ venit hora eius: Quū aūt peperit filiū. iam nō meminit preſſure ꝓpter gaudiū: qꝛ na

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tus est hō in mūdū. Qñ mulier.i.ſancta mater eccleſia pari-
rit.i.mittit foras de vētre huius mūdi aliquē paruulū ad ce
lū: hʒ triſtitiā.i.coꝝ parentes. Sed quū pepererit.i.qñ iā eſt
in paradiſo. nō meminit preſſure ꝓpter gaudiū: qꝛ natus eſt
hō in mūdū. Et ſicut nos haberem⁹ ꝓ ſingulariſſimo dono.
ſi vnus rex corone tranſiēs per hāc villā videns filiū noſtrū
caperet ꝓ ſua curia. ꝛ eū ſtatim veſtiret ſerico ꝛ auro faciēs
comitē ꝛ equitē. reputaremus nō triſtitiā ſed ſummū gau-
diū. Sic qñ rex glorie xp̄s recipit filiū veſtrū. tunc tranſit p
villā ꝛ ducit ſecū. ſtatim veſtitur auro veſtis glorie. ꝛ ē fa-
ctus maior dñs mundi. Quia maior eſt gloria minoris ſan-
cti celi: ꝙ aliqua dignitas mundana. Jō Apl's.1. Teſſa.4.
Nolumus vos ignorare de dormientibus.i.de quieſcentibus
innocēter in xp̄o: ſicut ceteri q ſpē nō hn̄t. Et ſi pur humani-
tas porrigit nobis aliquē dolorē debemus eijcere quattuor
aut.5.lachrymas potius ꝓ relatione gratiaꝝ: dicēdo. Bene-
dictus deus: ꝙ habeo vnū corteſanū in celo. Prima rō.
Scdam rationē habes ſupra in alio ſermone.

Sermo cōſiſtēs ꝓ pueris.ſʒ ꝛ ꝓ alijs quibuſuis. Ser.28.

Innocens manibus

ꝛ mundo corde. hic accipiet benedictionē a dño. Sūt vba diuini cantoris in Ps.23.

Quāuis ſit arduū cuilibet: vidēdo carnē ꝛ ſanguinē ſuū ire ſub terrā ꝛ nō dolere: tñ ſi pſona poſtea reputat talē caſuʒ eſſe neceſſariū fiendi cū-
ctis naſcentibus in hac luce. ꝛ ꝙ in huiuſmodi paſſu ē ꝯſti-
tutū premiū virtuoſis ꝛ innocētibus: potius hʒ cām ꝯſola-
tionis ꝙ doloris. Vñ glorioſus Hiero. ſcribens Tyraſio: di-
cit ad hoc ꝓpoſitū. Sapiēter dʒ dolere q dolet: ne pdat ſine
cauſa qd dolet. Nunc aūt ꝯtra luctū ſumenda ſunt arma:
vt ſpes noſtra poſcit hic victoriā. Principlr ꝙ voluit dñs
ſuſcipere. Gratulemur deinde: qꝛ hoc nobis in mūdo cōe ē.
Additur nobis peculiare noſtrū: ꝙ ad requiē deducamur.
Sequit̄ ꝯſumatio oīum gaudioꝝ. ꝙ in reſurrectione inuicē

nobis dño reformante reddemur. Hec ille. Declaret auctas cum applicatione ꝙ ꝓpha hanc ꝯſumationē gaudioꝝ poſuit. 5. generationes conſequi in ſuo tranſitu.

¶ Primo innocētes ⁊ infantes. ꝗ nunꝗ̄ peccauere in corde. habēdo malas cogitationes. Innocētes in ore: qꝛ nunꝗ̄ dixerunt malū verbū: nec mentiendo. nec iurando. Innocētes in oculis ⁊ manibus: ⁊ toto in corpore. nūꝗ̄ errauere. Hi qñ moriūtur: ilico habēt benedictionē glorie celi. Vñ ipſe diuinus cantor. Gratiā ⁊ gloriā dabit dñs. Nō priuabit bonis eos ꝗ ambulant in innocentia. Nec eſt audiēdus error eorū: ꝗ dicunt tales pati: aliquā: ꝓpter tedia data ſuis genitoribus. Quia ipſi nō habēt de hoc culpā nec peccatū aliqđ: qꝛ dolor ⁊ affanna parturiendi. puenerunt mulieribus ex pctō Eue. q̄ edens de fructu arboris: ꝯtrafecit diuino iuſſui. ideo deus fecit ꝯtra eā ⁊ oīs filios eius vt punirent in fructu vētris. ferrent cū labore. parerent cū dolore. ⁊ nutrirent cū faſtidio. De his dicit Job. 22. Saluabit innocens: ſaluabitur aūt mūditia manuū ſuaꝝ. Saluabit mū. ma. ſu. ſ. baptiſmi: qꝛ ſicut habemus duas manus. ſic habemus duas ſubſtantias aīam ⁊ corpus: q̄ baptiſmo mundant. Et miſericordiaꝫ a deo ſalu. ſu. qꝛ tūc pueri miſericorditer liberant a tribus miſerijs: quas habent. Prima ē ignorātia: a qua tūc liberant. qꝛ ſtatim aperit eis liber vite ⁊ ſciūt oīa: ⁊ cognoſcūt ſe ⁊ eoꝝ parentes. Scđa eſt paruitas: qꝛ aīa ſeparata a corpore hꝫ tantā magnitudinē vt gigas. Tertia eſt ipotētia: qꝛ neſciunt ire nec ſe mouere: ſed ſtatim qñ ſunt in celo habēt tātā potētiā. ꝙ nec gigas nec leo hñt tātū poſſe. Et hi dicit ꝓpha ſunt primi qui habēt ꝯſumationē gaudioꝝ.

¶ Scđi ſunt peccatores vere penitentes. Hoc tangit nos: qꝛ lꝫ fuerimus innocētes ⁊ mundati baptiſmo: tñ infinite amiſimus eā innocentiā delinquēdo ꝯtra deū. aīam ⁊ primū. ideo nō poſſumus intrare paradiſuꝫ ꝑ viā innocētie. ob hec deus ordinauit viā penitētie. ſ. dolere ⁊ ꝯteri de pctis cū ꝓpoſito nō redeūdi. ꝯfiteri. ⁊ ſatiſfacere. Hoc mō poſſumus ꝯſequi ꝯſumationē gaudioꝝ. Vñ Dauid. Mundo corde. ſ. ꝑ penitētiā q̄ dicit mūdicia cordis: qꝛ ipſa mundat nō ſolū cor. ſed oēs vires aīe. intellectū a falſis erroribus. volū

tatē a malis deſiderijs. memoriā ponendo in obliuionē in-
iurias receptas. Mandat etiā oēs ſenſus corporis. Jō no-
ſter. N. voluit hanc amplecti: vti oſtendit in hoc vltimo ſuo
tranſitu. Hic narra vitam ꝛc.

¶ Tertij qui ꝯſequunt̄ ꝯſumationē gaudiorum: ſunt ꝯſtātes
in preſſuris ꝛ patibulis mūdanis. infirmitatibus. doloribus.
ꝛ anguſtijs. ꝛ amiſſione ſuorum: ꝛ tn̄ ſufferunt cū cōſtantia ꝛ
eqtate animi. ſperantes in alia vita liberari a talibus diris
fortibus. Vn̄ dn̄s noſter dixit aplīs ſuis Luc. 21. in patiētia
veſtra: poſſidebitis ꝛc. Et s. Jacobus. 5. Beatificamus eos
q ſuſtinuerūt. Et Jo. 16. Triſticia veſtra ꝯuertet in gaudiū.
Vult deus vt in hoc mūdo patiamur aliqd pro eo aduerſa
fortuna: ſicuti ipſe pro nobis paſſus eſt. vt per patientiā me
reamur poſtea triūphū glorie. Sic egit hic noſter. N. in
oi ſuo ꝓceſſu vite: ꝛ maxime in hoc ſuo vltimo trāſitu ꝛc.

¶ Sermo admodū dulcis habitus in funere cuiuſdā in-
genue matrone q̄ vnicū habens natū eūqꝫ paruulū amiſit:
quē paucis interiectis diebus ꝛ ipſa ſecuta eſt: vbi mortem
ambiens: modo xp̄m modo natū alloquit̄. Ser. 29.

Trahe me poſt te.

Canti. 1.

¶ Secdm ſacras ꝛ morales diſciplinas: ni
hil plus cogit. irritat. ac ꝓuocat creaturam
rationalē ad libenter amplecti fatalē horā:
q̄ illā eſſe ꝯſtitutā in anguſtijs ꝛ varijs affannis. Vn̄ ꝯſtās
Job nimis afflictus. priuus ſubſtātia terrena. priuus cūctis
ſuis liberis. priuus valitudine. irriſus a ꝓpria ꝯſorte: dixit
hec verba: ſicuti ſcribit̄ in. 7. c. ſui libelli. Sicut ceruus. deſi-
derat vmbrā. ꝛ ſicut mercenarius p̄ſtolatur finē operis ſui:
ſic ꝛ ego habui menſes vacuos ꝛ noctes laborioſas enu-
merati mihi. Vulgarizatio. Sicut ceruus eſtuās in campis
ob nimios calores. deſiderat vmbrā pro reſtoro ꝛ ꝯforto: ſic
ego dicit Job locatus in campo huius mundi. ꝛ eſtuans in
multiplicibus iacturis bramo vmbrā mortis ꝑ. ſummo meo

ripoſo ⁊ placita quiete. Et ſicut mercenarius ſe affecta da-
re finē operis ſuis vt habeat mercedē: ſic mihi multi anni.
menſes. dies ac noctes fuere noioſi. quātū ipedierunt me ad
ꝯtīgere vltimo meo fini. Jō dña. N. iam pluribus diebus ela
pſis in magnis aſperitatibus ꝯſtituta. facta priua ſuo nato.
⁊ deſtituta ſoſpitate. bñ pōt dicere dictū aſſumptū. Trahe
me ⁊c̄. q. d. Glorioſe mi dñe: ſi mihi expedit tibi porrigo pre
ces trahas me per mortem apud te: vt ſoluta his tot curis
videam filium meū. ℣. Unde inter alia inuenio duo q̄ ipe-
diūt hoiem ne libenter moriat̄. Sc; Amor: ⁊ Timor.

Amor ꝯiūcti ⁊ filioꝝ. Amor ꝯiūcti. ſ. huius ꝯiūctionis aie
⁊ corporis. Tantus eſt amor ⁊ amicitia aie ad corpus: ꝙ po
tius ſuffert vſq; extremā ſeruitutē deſiderans habitare in
hoc carcere corporali patiēs famē. ſitim. frigus. ⁊ caldū. ꝙ̄
eſſe liberā priuā ꝯtubernio corporis. ꝯtra oēs leges. mores. ⁊
rōnes: deſiderantia oīa pacē. Et hoc ē qđ dicit Aug. in libel-
lo de cognitione ſuiipſius. Quadā nāq; amicitia ⁊ ꝗbuſdā
affectibus aia corpori ꝯiungitur: ſm quā amicitiā nemo car
nē ſuā vnꝗ̄ odio habuit. Sociata nāq; illi. l; eius ſocietate
pregrauetur. ineffabili: tñ ꝯditione diligit corpus. Amat car
cerē ſuū: ⁊ ideo libera eſſe nō pōt. Doloribus eius afficitur.
vehementer formidat interitū. timet defectū. q̄ nec mori nec
natura deſiſtere pōt. Oculoꝝ ſpeculationibus depaſcit̄. ſo-
noꝝ delectatur auditibus. ſuauiſſimis iucūdatur odoribus.
larga epulatione reficitur. Et l; his nequaꝗ̄ vtatur: tñ me-
rore afficitur ſi ſubtrahātur. Jlle. Et quātū ad hūc amorē;
ꝯiūctiōes natura fugiunt mortē. Amor etiā filioꝝ ipedit
hoiem ne libenter moriatur. Durū eſt eni; patri ac matri cer
nenti a latere filios lugētes. ⁊ ignorant quoꝝ eos manibus
fināt. Uñ Miche. 7. Jnimici hoīs: domeſtici eius. Quia pa-
rētes cernentes liberos: nō libenter moriūtur. ⁊ cū difficulta
te veniunt ad verā ꝯtritionē ⁊ ſatiſfationē paſſatoꝝ erroꝝ:
QUam diu multūqꝫ mecum conſiderauerim Reuerendi patres voſqꝫ ciues am-

pliſſimi quanta ſit Sacerdotalis dignitas ꝛ preſtātia: quā
vt aliqua ex pte oratione ornarem⁹ in hūc tā celebrē locū
venimus: dubitaui vehementer me hodierno die eā dicendi
vim nō aſſecutū: qua poſſem vel minimā excellentie eius
partē attingere. Quis enim eſt qui neſciat dignitate pontifi
cia nihil oīo in terris eſſe excellentius: nihil ſublimius: nihil
deniq̄ deo ꝓpinquius. Rei magnitudinē tātā eſſe animad⸗
uerto vt ab hoc dicendi munere me ꝑfecto retraherem niſi
in mētē mihi veniſſet vos oēs ea eē animi bonitate vt qua⸗
liacūq̄ a me dicta fuerint ea bonā in partē acciperetis. Vi
debam enim quū in terris due ſint dignitates: altera eccle⸗
ſiaſtica: altera ſecularis: eccleſiaſticā tanto in honore atq̄
veneratione ab ipſo mundi fabricatore collocatā: vt eā ſuꝑ
oēs reges ꝛ principes terre ꝯſtituerit: vnde Hieremias ꝑmo
capite. Ego ꝯſtitui te ſuper gentes ꝛ ſuꝑ regna. Quid enim
dicemus. nō ne dignitas ſacerdotalis reges ꝯſecrat ꝛ facit:
oēs aūt reges ꝛ mundi principes vnū ſacerdotem facere
haud poſſunt. Honorauit eos deus in his bonis humanis q̄
tēporalia appellare ſolemus: q2 illa que ſibi reſeruauit deci⸗
mas ſcilicet: oblationes: teſtamēta: primitias: ſacerdotū eſſe
voluit ad ſuſtentationē vite: quo illi ſine labore: quū ceteris
mortalibus laborandū ſit: quietius deo ſeruirent in ſpiritu
libus. Nō poſſum excellentiſſimi auditores mirū i modū mo
res noſtri tēporis nō admirari: quū oēs fere ſine ignorantia
quadā ſiue petulantia ſacerdotes ipſos quos ipſe deus tan⸗
ta dignitate honeſtauit: nō modo in honore nō habeamus:
ſed vndiq̄ prorſus ꝯtēnamus atq̄ abiiciamus. Qd certe: ſi
ſacerdotū potentiā oēmq̄ dignitatē quā in eos deus cōtu⸗
lit ꝯſideraremꝰ intelligeremuſq̄: nō ita fieret. An nō ſcimus
ſacerdotibus eā poteſtatē datā eſſe a deo q̄ oēm mundi po
tentiā ſuperet. Triplicē aūt mondi ꝯſtat eſſe potentiā primā
demonū: Secūdā angelorū: tertiā Marie. Demonū aūt pri⸗
mā eſſe potentiā Job capite. 41. nos ſic docet. Nō eſt ſuꝑ
terrā poteſtas. q̄ cōparet: ꝛ qui factus eſt vt nullū timeret.
Omne ſublime videt. ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſu⸗
perbie. Clerū hanc potentiā ſuperat ſacerdos. Demon enim
claudit regnū celorū peccatoribus ꝑ peccatū: Sacerdos ve⸗

ro ſacramenta eccleſie miniſtrando clauſum celū aperit. Uñ Petro perſonā oium ſacerdotū referēti dictū fuit ſm Mathcū. Tibi dabo claues regni celoꝝ: Et itē ſecūdū eundem Amen dico vobis: queeūqꝫ alligaueritis ſuper terrā. erunt ligata ⁊ in celo: Et qđ demon illaqueat ſua iniquitate: ſacerdos abſoluit ſua bonitate.

Angeloꝝ poteſtatē ſummā eſſe nemo eſt q nō credat ſcribit enīꝫ Diuus Thomas vnū angelū totū voluere firmamentū: Et ſingulos angelos celos ſingulos ⁊ planetas: ſed tñ non tā cito ꝙ ſacerdos mouet regē celoꝝ de celo ad terrā q ſtatim ꝓlatis quinqꝫ verbis: hoc eſt enim corpus meū: aperiūtur celi ad ipſius vocē ⁊ chriſtus de celo deſcendit cū angeloꝝ caterua. Unde ⁊ Diuus Gregorius in libro dialogoꝝ. Quis fideliū dubiū habere poteſt in ipſa imolationis hoſtia ad ſacerdotis vocē celos aperiri in illo ieſu xp̄i miniſterio angeloꝝ choros adeſſe: ſumma ad ima ſociari.

Marie itē ſuperat potentiā: nā ꝙuis Uirgo ſuſceperit filiū dei in quo erat diuinitas ꝯiuncta humanitati tñ nō tā cito fecit ꝙ ſacerdos: quia vt ſcribit Lucas capite p̄mo fuerunt octo verba inter ipſaꝫ ⁊ angelū: Ecce ancilla dñi: fiat mihi ſm verbū tuū. Sacerdos aūt paucioribus verbis mouet verū corpus xp̄i de celo empyreo vſqꝫ ad terrā: hoc eſt qnqꝫ vt diximus his verbis. Hoc eſt enim corpus meū: Preterea virgo ipſa ſemel tantū recepit in ſe filiū dei: ſacerdos autēꝫ toties quoties ipſa verba profert.

Quanto aūt in honore Deus voluerit ſacerdotē eſſe attendite obſecro auditores optimi preceptū illud diuinū eccleſiaſtici: honora deū: ⁊ honorifica ſacerdotes. Attendite ⁊ illud in exodo. Dōs nō detrahes. i. ſacerdotibus īnqt gl: ſſa. Attendite ⁊ illud apud Eſaiā. Uos ſacerdotes dñi vocabimini miniſtri dei noſtri dicetur vobis. Et in pſ̄ ſcriptum eſt. nolite tangere chriſtos meos. Quid nōne ⁊ illud maxime ad honorem pertinet ſacerdotis. Ite ⁊ oſtendite vos ſacerdotibus in ſignum reuerentie.

An nō ⁊ illud maxime ad honorē eſt ſacerdotis ꝙ ſolus ſacerdos ꝯfeſſiones hoium audit: ⁊ a peccatis abſoluit: penitentiáqꝫ iniūgit. Unde Ioānes cap. 20. Accipite ſpūm ſan-

ctű:quoꝝ remiſeritis peccata remittunt eis ⁊ quoꝝ retinue ritis retenta ſunt. nec illud quidē minus eſt honorificũ qḋ deus dixit vt ſcribit Mattheus Uos eſtis lux mundi: ſicut enim mundus nihil eſſet ſine luce:ſic eccleſia ſine ſacerdotibus. Illud etiã maxime vt honorificētiſſimũ cõtēplabimur: quũ ipſe deus vt tradit Lucas cap. x. dixit. Qui vos audit me audit. Et qui vos ſpernit me ſpernit. qbus verbis planiſſime docuit chriſtus deus noſter ſacerdotibus nõ minus parendũ eſſe ꝙ ipſimet:quũ precipiũt Ieiunia:feſtoꝝ celebrationes:⁊ id genus opera ſalutifera. Unde cõminat̃ dñs inobedientibus ⁊ rebellib⁹,ſic in Deuteronomio. Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis iperio morte moriat̃. Unde nobis exēplo ſunt Dathan' Abiron ⁊ chore qui rebelles fuerunt Moſi ⁊ Aron: ⁊ ideo terra ſe aperuit ⁊ viuos eos abſorbuit. Que oĩa apertiſſime declarãt ſacerdotes ſupra oēs mortales ſingulari veneratione eſſe habendos. Neqȝ enim exiſtimandũ eſt ab illo ſyncera fide coli deum qui ſacerdotē eius neglexerit. Sacerdotes igit̃ colēdos eſſe nõ ſolũ diuina eadēqȝ chriſtiana precepta tradiderunt: ſȝ ⁊ ethnicoꝝ religio ſenſit. vnde eſt illud apud Papiniũ. Qui bona fide colit deos amat ⁊ ſacerdotes:quo dicto innuit ſacerdotes poſt deũ tanꝙ eius miniſtros precipuo cultu venerandos. Sũma igit̃ cura ſtudio ⁊ ſolertia optimi auditores vnicuiqȝ noſtrũ laborandum eſt vt tanꝙ mandatoꝝ diuinoꝝ optimi cuſtodes ſacerdotes ipſos honoremus venneremur ⁊ colamus. tanꝙ qui ratione non hoium ſed myſterioꝝ rationem habeamus. Nõ poſſuȝ igit̃ Ioãnes tibi mirabiliter nõ gratulari ſacerdos nouelle qui dñi noſtri ieſu xpi meritis ⁊ clementia eo perueniſti vt hodie eum e celo in terrã deuocare tibi licuerit. ⁊ quoties in poſteꝝ volueris tibi liceat. qḋ quidē munus quo nullũ vſꝗ poteſt eē maius. ita tibi. vt qḋ putamus te optime ſcire. moneamus adminiſtrãdũ eſt: vt ſemper memineris te toties mortaliter peccare:quoties cũ peccato mortali ad quel bet ſacramēta eccleſie celebranda acceſſeris. Quicũqȝ enim ſacerdos nõ vere penitens ⁊ ꝯtritus Baptiȝat:vel abſoluit ꝯfitens:vel predicat:aut miſſam matrimoniale celebrat:aut ſacramentuȝ euchariſtie:aut extre

me vnctionis p̄bet:vel mortuos ſepelit: aut mulieres poſt partum introducit: vel aque vel ſali in die dñico benedicit:aut populū aqua aſpergit:vel candelis in feſto purificationis Marie: aut ramis in die palmaꝝ: vel igni vel cereo vel baptiſmo in vigilia paſchatis vel penthecoſtes benedicit:vel qđ oium maximū eſt celebrat miſſam:vel ſacramētū euchariſtie ↄſecrat:atqȝ ſumit in oibus his necnō in aliis actib⁹ q ſacris ordinib⁹ ſunt āncxi ſemꝑ mortalr̄ peccat. Quare Reuerēde pater qm̄ tam ſublime tanqȝ glorioſuȝ munus tibi conceſſum eſt vt xp̄i miniſter effectus ſis:illud ſummo ſtudio cuſtodiēdū eſt vt in ſūma ⁊ ai ⁊ corporis puritate viuas:vt vere angelus dei:qm̄ ſacerdos āgelo cōparat: dici queas. Vobis aūt vniuerſis Reuerēdi patres imortales gratias agimus: qui hodierno die nō ſine ſūma amoris ſignificatione nō tam ſacratiſſimū huiuſce miſſe celebrate myſteriū dignati eſtis(qđ oino Joāni ſacerdoti fuit iucundiſſimū)q̄ꝫ ꝙ in opere tā ſublimi tāqȝ diuino ei miniſtrādo aſtitiſtis tāta ⁊ charitate ⁊ beniuolentie ſignificatiōe vt hoc die nihil vnq̄ꝫ duxerit ſibi felicius. Veſter enim cōſpectus ⁊ ↄceſſus iſte reficit ⁊ recreat nō modo ipſum ſacerdotē. Jo. ſed ⁊ cognatos ⁊ affines eius. Vident enim ⁊ p̄ſentia oium veſtra qui tū exquiſita doctrina ſingulariqȝ modeſtia tū oi genere laudū cumulati eſtis nō paꝝ ornamenti ⁊ glorie ſibi acceſſiſſe. Jtaqȝ Sacerdos Jo. cognatiqȝ oēs ⁊ affines id vobis oibus affirmant tantam humanitatem. tantūqȝ beneficiū veſtrū memoria cōplexuros ſempiterna: Jd a vobis vniuerſis ſummo ſtudio petentes vt opera ſua vobis vti libeat qbuſcūqȝ rebus aut adiumento aut ornamento eē poterunt: Studiū ſuū nulla in re vnq̄ꝫ deſideraturos. Verū ſi forte hodie nō tam honorifice ab eis excepti fuiſtis q̄ꝫ dignitas oium veſtra poſtulat. Veſtrū eſt q oium eſtis humaniſſimi nō rem ſed voluntatē amplecti:que oium epulaꝝ precipuū eſt condimentū. Vos autem omnes. D. noſtri ieſu xp̄i clementia incolumes conſeruet ac tueatur. Dixi.

¶ Alie gratiaꝝ actiones.

Incredibilis qdem eſt vo
luptas Reuerẽdi patres: quã aio capio quũ intueoꝛ
⁊ ꝯtẽploꝛ totũ hunc locũ hodierna die tam ꝓbis tãqꝫ oꝛna
tis viris. quaſi magnis luminaribus eẽ refertũ. Veſter enim
ꝯſpectus ⁊ ꝯſeſſus iſte reficit ⁊ recreat nõ modo mẽtẽ meã
ſed ⁊ patrui mei: cuius cũ dignati eſtis nõ minus rei diui
ne myſteriũ q̃ꝫ ꝯuiuiũ ipſum preſentia veſtra decoꝛare. Sed
quũ vos tã humane tãqꝫ beniuole oia feceritis: ſtatuimus
neminẽ eſſe veſtrũ: cui aſtricti nõ ſimus memoꝛia beneficiũ
ſempiterna. Itaqꝫ imoꝛtales vobis vniuerſis grãs agim⁹: q
humiles caſas noſtras ſubire nõ abnuiſtis. Vbi ſi foꝛte nõ
eo reꝝ apparatu excepti fueritis: quẽ dignitas oium veſtra
poſtulat. veſtrũ erit qui oium eſtis humaniſſimi nõ rem ſed
voluntatẽ magnifacere. Atqꝫ ſuper oia vultus acceſſere bo
ni. Vos aũt oẽs dñi noſtri ieſu chꝛiſti clementia incolumes
ſeruet ac tueat̃. Noſqꝫ mutuo diligatis atqꝫ ametis rogam⁹.

¶ Oꝛatiuncula quedã congratulatoꝛia in aduentu anti
ſtitis vel alterius magiſtratus.

Que iampꝛidem Re
uerendiſſime pater audiuimus de tua pari
ter integritate ⁊ iuſticia. quaꝝ vtraqꝫ virtu
tũ hois vitã maxime illuſtrari ꝯſueuit. tam
grata tãqꝫ iucũda cum oibus ⁊ ciuibus no
ſtratibus ⁊ ſacerdotibus. tum mihi ipſi ipꝛimis fuerunt: vt
nihil magis in dies optauerim. q̃ꝫ vt aliqñ te ⁊ viderem ⁊
alloqui poſſem. Nihil enim mihi ãtiquius quidẽ eſt: q̃ꝫ coꝝ
mihi amoꝛẽ ⁊ beniuolentiã ꝯciliare. quoꝝ vitã in illuſtri ⁊
excelſo loco poſitã eſſe videã. Es enim tu is qui inſignem
quãdã doctrinã ſingularẽqꝫ modeſtiã pre te fers. Es tu is
quem innumera virtutũ cohoꝛte ſtipatũ oẽs admirantur
⁊ colunt. Es tu is q ſuauiſſimis qbuſdã pietatis velis: vni

uerſos ſacerdotes tuos ꝓtegis ac foues. Nullus enim eſt: q
te ob egregiá moꝝ tuoꝝ ſanctitatē nō plurimū amet. obſer
uet. ac ueneret. Perſuadēt ſibi ipſis oēs Reuerēdiſſime pa-
ter te eum paſtorē fore: cuius cuſtodia ac tutela vnuſquiſq;
in tranquillitatis portu ꝯquieſcat. Habuimus ſane ſuperio-
rē paſtorē noſtrū Reuerendiſſimū v; dñm ⁊c. qui tanta pru-
dentia. iuſtitia. ⁊ pietate ſe geſſit. tantaq; cura ⁊ diligentia
rēp. eccleſiā rexit atq; adminiſtrauit: vt nullius inops eſſet
laudis. Illū oēs miris laudibus efferunt: illū etiā mortuum
ſumma pietate ⁊ beniuolētia proſequunt. Illū vnū amant
optant: ⁊ vt celeſti ſede ꝯquieſcat orant ⁊ precantur. Et cur
hec tātis expetunt votis? Qꝛ. ſ. vir bonus ⁊ iuſtus fuit: cu-
ius benignitas oībus ſemper patuit ⁊ beneficētia. Te autē
accepimus pater optime. que; tū permultis natura muneri-
bus eiſdēq; preclaris inſigniuit: tum auxit induſtria. ⁊ ꝯſilij
tui rō optima: ita ad nos veniſſe vt in aīo nihil tibi vehemē-
tius inſederit: q̄ vt bonitate ⁊ omni preclaro virtutis genere
oēs precellere cognoſcare. Nec dubiū cuiq;(crede mihi) eſt:
quin ſi diligēti ſtudio ac veluti arte quadā aī tui inſtitutū
ad eū cumulū pduxeris quo oēs rōnis tue inclinationes
tēdūt. is ſis futurus qualē forte aut nullū aut raꝝ pſulem
agnouimus. Facit enim preclara tui ingenij excellentia ⁊
vis: vt in te ſolo oēm nobis ſpem reponendā cogitemus. Te
vnicū ſacerdotū preſidium firmiſſimū habemus: te vnicum
patronum. protectorem defenſorēq; eccleſie. N. accepimus.
Opinionē noſtram(vt es bonus) nunq̄ falles. Quare Re-
uerendiſſime pater non poſſum aduentui tuo nō gratulari.
Id enim conſecuti nunc tandē ſumus. quod ſemper optaui-
mus: vt virū qui ⁊ litteris ⁊ omni nature dote valeret ha-
beremus. Letari etiam non poſſum nō maxime te incolumē
veniſſe: cuius ſalutem vt tibi deus perpetuam elargiat oro
obteſtorq;. Id aūt a te petiero vt preſbyteri. N. tui ſtudioſiſ-
ſimi ſemper memineris: eūq; iñ benignitatis ac beneficen-
tie tue gremio collocees ac foueas. Te dñi noſtri ieſu chriſti
clementia incolumē ſeruet ac tueatur. Me autem tibi cō-
mendo. Uale.

¶ Sermo cōmunis nuptialis.

SEpe ac multum pa/
tres honorandi mecū reputaui. ex oībus cō
modis que innumera hominī deus ꝯtulit.
nihil in terris ſanctius. nihil ſalubrius. ni/
hil deniq; vtilius conſtituiſſe: q̄ ſacratiſſi/
mū matrimonij vinculū. Pax enim hoī ꝓceſſet in ſumma
opū affluentia viuere. ⁊ auri ⁊ argenti ingētes cumulos poſ
ſidere. ⁊ oīa arbitratu ſuo adminiſtrare: quam poſtea veluti
brutū aīal libidinoſam ⁊ turpiter vitā degeret. Naʒ niſi ab
maximo optimoq; deo matrimoniū inſtitutū eſſet (vt vobis
oībus credo ex diuinis monimentis patere) qs non videat
hoīem a beluis nō diſtare? Ea etenim in terris fierent: que
nō modo dictu ſʒ ⁊ auditu feda indicarenť. Cyniroꝝ nāq;
⁊ epycu ⁊oꝝ ſecte maiorē vtriuſq; ſexus partē ſecum trahe/
rent. Deu ; igiť cuius ꝓuidentia falli haudquaq̄ pōt. fragi
litatis hūane ſolertiſſimus cognitor. viꝝ cū muliere ſaluber/
rimo cōnubij vinculo ꝯiungi voluit: vt adulteria ⁊ fornica/
tiones tollerenť. ⁊ legittima honeſtatis obſeruatione liberi
ꝓcrearenť. Qđ quidē inſtitutū cū a chriſtianis rite coletur:
cetere nationes fidei nr̄e inimice a nobis in hoc (ſed nō re
cte) aliquos mores accepere. Nam lex noſtra vni tm̄ preci/
pit vxori adhereamus: illi vero ſenis ⁊ denis ⁊ quotquot pa
ſcere poſſint ꝯiunguntť. Que quidē vita ab hircis ⁊ ceteris
pecudibus diſſimilis haudquaq̄ eſt. Cū ergo matrimoniuʒ
nihil aliud ſit. q̄ viri ⁊ mulieris ꝑpetua ꝯiūctio: quis nō intel
ligat ex eo innumerabilia cōmoda ꝓuenire? Matrimoniuʒ
enim familiā familie ꝯciliat. Matrimoniū inimicitias vete/
res tollit. Matrimoniū diſſenſiones acerrimas ſedat. Ma/
trimoniū flagrantiſſima odia extinguit. Hinc ſcimus affini/
tates. hinc cognationes. hinc oīa deniq; bona que ad bene
beateq; viuendū ſunt neceſſaria: ꝓficiſci. Sed qđ ego hec
ꝯſecter? Tā multa eniʒ de matrimonij laudibus dici merito
poſſent: vt ſi cūcta oratione cōplecti vellē: hic ꝓfecto dies
ad dicendū ſatis nō foret. Ne igiť veſtras longo orationis

ambitu aures defatigem:iam iam dicendi finē faciam. Da-
būtqꝫ mihi veniā Sponſus ac Sponſa ſi de vtriuſqꝫ p̄recla
riſſimo genere ac virtutibus nihil attigero:quū oīa q̄ in eoꝝ
laudē ampliſſime cōmemorari poſſent.oibus vobis ita nota
ac perſpicua ſint:vt oīs mihi ad dicendū labor p̄reptus ſit.
Superuacaneū enim eſt illud velle verbis repetere quod re
oībus ipſa luce clarius eſt. Illud tñ(vt rem breuibus expe-
diam)dixero:Sponſum ⁊ Sponſam debita laude fraudan
dos nō eſſe:qui diuinū illud preceptū mente ſua penſitātes
Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā.ſtatuerūt hoc ſa-
cratiſſimo matrimonij vinculo ſeſe copulare. Quo nihil ma-
tius nihilue laudabilius ciuili hac in vita verſari volētibus
cenſetur. Qd̄ qdēꝫ matrimoniū vt felix fauſtūqꝫ ſit ops ipſe
deus ſua clementia efficiat. Dixi.

¶ Alius ſermo cōmunis:de eodem.

Eſi mihi iure letan-
dum eſt.N.ꝙ ea mihi dicendi materia ſit
oblata.qua nihil oio ciuili in vita verſan
ti pōt eſſe neqꝫ iucūdius neqꝫ cōueniētius:
nō poſſum tñ nō paulū cōmoueri.quū intel
ligo eā dicendi copiā minime aſſecutū:qua ⁊ veſtre de me
expectationi.⁊ egregie mee in vos voluntati morē gerere poſ
ſim. Nō enim me fugit:hunc in locū nihil ſane niſi elabora-
tū induſtria.excultū ingenio.afferri oportere. De matrimo-
nij nāqꝫ bono:q̄ꝫ breuiſſime potero dicendū eſt. Eſt itaqꝫ
matrimoniuꝫ. vt ab eius definitione ordiamur(qd̄ eſt Cice-
ronis noſtri p̄ceptū)viri ac mulieris indiuidua ꝯiunctio.le-
gitime prolis cā reperta.vtqꝫ obſcenas ac turpes volupta-
tes euitemus.⁊ caſto honeſtoqꝫ amori indulgeamus. Qd̄ q-
dē ſacramentū.quāti ſit a cūctis faciundū:nemo eſt qui nō
intelligat.vel ex hoc vnō.ꝙ ab deo optimo in illo delitiarū
loco firma ac ꝯſtanti lege ſancitū eſt. Cuius tanta maieſtas
ē.dignitas.atqꝫ amplitudo:vt merito ceteris humanis cō-
modis anteferri debeat.vt nihil eo iucūdius.nihilqꝫ p̄ſta

bilius poſſit inueniri. Quid naq̄ȝ ſuauius: q̄ȝ vnanimē ſecū
habere ꝯſortē: q̄ ⁊ in ꝓſperis tibi gratulet: ⁊ rurſus in ad-
uerſis mereat pariter ⁊ triſtet: Quid inq̄ȝ matrimonio ama
bilius: cū ex eo vera ac cognita naſcatur ꝓles: ⁊ alteꝝ ſeſe
q̄ſq̄ȝ progeneret. ꝯcernat: ⁊ tādē heredē inſtituat: Illud vr-
bes amplificat. regna ꝓtendit. oppida. rura. vicos ac domos
ita extollit: vt crebro vna ex familia plurime ac ferme innu-
mere proficiſcant. Illud veram gignit pacem. Conſpicimus
etenim reges. principes. heroes: quū truculentiſſimis inter
ſe diſſidiſſent ſimultatibus. matrimonio intercedente. quietē
ac ſtabilē ꝯcordiā tenuiſſe. Romani ac Sabini nobis exē-
plo eſſe poſſunt: q̄ ex infenſiſſimis in ſe hoſtibus. beniuoli ac
amiciſſimi ꝯnubio ſunt effecti. Hoc vnū ⁊ priſci illi atq̄ȝ ſan
ctiſſimi patres noſtri ſumma cū obſeruantia coluere. Pluri-
ma de eo dicere poſſem: niſi me tēporis caritas coartaret.
Quare nō poſſum non feliciſſimū fauſtiſſimūq̄ȝ exiſtimare
hoc cōnubium: preſertim ſi Sponſi ac Sponſe preclaras fa-
milias longa ab origine ductas. ſi antiquas opes. ſi elegan
tem vtriuſq̄ȝ formam. ſi integerrimos deniq̄ȝ atq̄ȝ ſanctiſ-
ſimos amborum mores. cōmemorando recenſere voluerī-
mus: q̄ oia muto ac ſilenti ore pertranſeo. ne longo oratiōis
ambitu vos defatigem. ⁊ ego minime ſim ignarus. oia vo-
bis eſſe q̄ȝ exploratiſſima. His igit̄ finem imponā: ⁊ ad cete-
ras eius partes vulgari lingua deueniam.

¶ Ex primo officioꝝ. M. T. Ci.

Eſt oratoris proprium: apte. diſtincte. ⁊ or-
nate dicere.

Omnis que a ratione ſuſcipit̄ de aliqua re inſtitutio dȝ a
diffinitione ꝓficiſci: vt intelligatur id de quo diſputat̄.
Principio: generi animantiū omni eſt a natura tributū vt
ſe vitā corpuſq̄ȝ tueatur. declinetq̄ȝ ea q̄ nocitura videā-
tur: oiaq̄ȝ q̄ ſint ad viuendū neceſſaria inquirat ⁊ paret: vt
paſtū. vt latibula. vt alia gn̄is eiuſdē. Cōmune āt aīantiū
oium eſt ꝯiūctionis appetitus ꝓcreandi cā: ⁊ cura quedā
coꝝ que procreata ſunt.

Omni hoi ineſt rer inquiſitio atq₃ inueſtigatio huicq₃ rei ẽ
adiuncta appetitio quedã principatus: vt nemini parere
aius bene informatus a natura velit: niſi precipienti aut
docenti. aut vtili et eã iuſte ꝛ legitime imperanti.

Oẽs enim trahimur ꝛ ducimur ad cognitionis ꝛ ſciẽtie cu-
piditatẽ: in qua excellere pulchꝛũ putamus. Labi aũt. erra-
re. neſcire. decipi: ꝛ malũ ꝛ turpe ducimus. In hoc genere
naturali ꝛ honeſto. duo vitia vitanda ſunt. Unu₃ ne inco-
gnita pro cognitis habeamus. hiſq₃ temere aſſentiamus. Al
ter eſt: ꝙ qdã nimis magnũ ſtudiũ multãq₃ operã in res
obſcuras atq₃ difficiles ꝯferũt. eaſdẽq₃ nõ neceſſarias.

Uirtutis enim laus oīs: in actione Conſiſtit.

Oīs enim cogitatio motuſq₃ aĩ: aut in ꝯſilijs capiendis de
rebus honeſtis ꝛ pertinentibus ad bene beateq₃ viuendu₃:
aut in ſtudijs ſcientie cognitioniſq₃ verſabiť.

Juſtitie primũ munus eſt: ne cui quis noceat niſi laceſſitus
iniuria: deinde vt cõibus pro cõibus vtať priuatis vt ſuis.

Preclare ſcriptũ eſt a Platone: nõ ſolũ nobis nati ſumus.
ortuſq₃ noſtri partem patria vendicat. partem amici: atq₃
vt placet ſtoicis que in terris gignunť ad vſum hominũ
oīa creari. hoīes aũt hoīum cã eſſe generatos: vt ipſi inter
ſe alij alijs ꝓdeſſe poſſent. In hoc naturã debemus duce₃
ſequi. cões vtilitates in mediũ afferre. mutatione officioꝝ.
dando accipiendoq₃. tũ artibus. tũ opera. tũ facultatibꝰ de
uincere hoīum inter hoīes ſocietatem.

Deſerunt ꝗ vite ſocietatẽ qui nihil ꝯferunt in eã ſtudij. ni-
hil opere. nihil facultatũ.

Sunt multi cupidi ſplendoris ꝛ glorie qui eripiunt ab alijs
qđ alijs largianť. hiq₃ arbitranť ſe beneficos in ſuos ami-
cos fieri. ſi locupletent eos quacũq₃ rõne. Id aũt tm̃ abeſt
ab officio: vt nihil magis officio poſſit eſſe ꝯtrariũ. Uiden
dũ eſt igiť: vt ea liberalitate vtamur ꝙ proſit amicis: nemi-
ni noceat. Nihil eſt enim liberale: qđ nõ idẽ iuſtũ ſit.

Summũ ius: ſumma iniuria eſt.

Sunt quedã officia ꝛ aduerſus eos ſeruanda: a qbus iniu
riã acceperis. Eſt enim vlciſcendi ꝛ puniẽdi modus. Atq₃
haud ſcio an ſatis eum qui laceſſierit iniurie ſue penite-

te:vt ⁊ ipſe nequid tale faciat poſthac:etiã ceteri ſint ad
iniuriã tardioꝛes. Quare ſuſcipienda ſunt bella ob eã cau
ſam:vt ſine iniuria in pace viuatur.
Mea quidẽ ſententia:paci que nihil habitura ſit inſidiaꝝ:
ſemper eſt conſulendũ.
Facit mentionẽ de Regulo eiuſqꝫ fide.
Memineris etiã aduerſus infimos iuſtitiã eſſe ſeruandã.
Totius iniuſtitie nulla capitalioꝛ ꝙ coꝝ:qui qũ maxime
fallunt.id agunt vt boni viri eſſe videantur.
Nullũ officiũ referenda gratia magis neceſſariũ eſt.
Quanto ſuperioꝛes ſumus:tanto nos geramus ſubmiſſius.
Grecoꝝ pꝛouerbiũ eſt. Amicoꝝ oia cõmunia.
Quicquid ſine detrimẽto accõmodari põt.id tribuat̃ cuiqꝫ
vel ignoto.
De beniuolentia quã hꝫ quiſqꝫ erga nos pꝛimũ illud eſt in
officio:vt ei plurimũ tribuamus:a quo plurimũ diligimur.
Omnium nãqꝫ ſocietatũ nulla pꝛeſtantioꝛ eſt nulla firmioꝛ:ꝙ
cũ viri boni moꝛibus ſiles ſunt familiaritate ꝯiũcti. Et ꝙꝙ
ois virtus nos ad ſe alliciat.faciatqꝫ vt eos diligamus in
quibus ipſa ineſſe videt̃:tñ iuſtitia ⁊ liberalitas id maxi-
me efficit. Nihil enim amabilius eſt nec copulatius:ꝙ mo-
rũ ſimilitudo bonoꝝ.
Unicuiqꝫ noſtrũ cari ſunt parentes.liberi.ꝓpinqui.familia-
res.totaqꝫ domus:ſed oẽs hoium charitates patria vna
cõplexa eſt:pꝛo qua:quis bonus dubitet moꝛtẽ oppetere.
ſi ei ſit pꝛofuturus:
Ea eſt iocũdiſſima amicitia:quã ſimilitudo moꝝ ꝯiugauit.
Nihil honeſtũ eſſe poteſt:qđ iuſtitia vacat.
Pecunie fugienda eſt cupiditas.nihil enim tã ãguſti animi
tãqꝫ parui ꝙ amare diuitias. Nihil honeſtius nec magnifi
centius ꝙ pecuniã ꝯtẽnere ſi nõ habeas:ſi habeas ad be
neficentiã liberalitatẽqꝫ conferre.
Cauenda eſt cupiditas gloꝛie vt ſupꝛa dixi.eripit enim liber-
tatẽ:pꝛo qua magnanimis viris ois dꝫ eſſe ꝯtentio. Nec nõ
ĩperia expetenda ac potius nõ accipiẽda interdũ.aut de-
ponenda nõnunꝙ.
In oibus aũt negocijs:pꝛiuſꝙ aggrediare:adhibẽda ẽ pꝛe-

paratio diligens.

Cedant arma toge concedat laurea lingue.

Parui ſunt arma foris.niſi ſit conſilium domi.

Ois aũt ⁊ aiaduerſio ⁊ caſtigatio ꝯtumelia vacare dꝫ:neqꝫ ad eius ꝗ penitet aliquẽ aut ꝟbis caſtigat.ſꝫ ad reip.vtili tatẽ referri.Cauendũ eſt etiã ne maioꝛ pena ꝙ̃ culpa ſit.⁊ ne hiis de cauſis alij plectantur: alij ne appellentur qui dẽ.Pꝛohibenda aũt maxime eſt ira in puniendo. Nunꝙ̃ enim iratus qui accedit ad penã mediocritatẽ illã ſerua bit que eſt inter nimium ⁊ parũ.

Nam negligere quid de ſeſe quiſqꝫ ſentiat:nõ modo arro gantis eſt.ſed etiã oĩno diſſoluti.

Optima hereditas a patribus traditur liberis.oĩqꝫ patri monio pꝛeſtãtioꝛ gloria ꝟtutis rerũqꝫ geſtaꝝ.cui dedecoꝛi eſſe.nephas ⁊ vitiũ iudicandũ eſt.

Pꝛomptioꝛes nãqꝫ debemus eſſe ad noſtra pericula ꝙ̃ ad cõia:dimicareqꝫ paratius de honoꝛe ⁊ gloꝛia ꝙ̃ de ceteris cõmodis.

Oino qui reip.ꝓfuturi ſunt.duo Platonis pꝛecepta teneãt. Unũ vt vtilitatẽ ciuiũ ſic tueantur.vt ꝗcꝗ̃qꝫ agũt ad eaꝫ referant obliti cõmodoꝝ ſuoꝝ.Alteꝝ vt totũ coꝛpus reip. curẽt:ne dũ partẽ aliquã tueanꝛ reliquas deſerãt.Qui aũt parti ciuiũ ꝯſulunt partẽ negligunt rẽ pniciosiſſimã in Ci uitatẽ inducunt.ſeditionẽ atqꝫ diſcoꝛdiã.

Nihil magno ⁊ ꝓclaro viro digniꝰ placabilitate ⁊ clemẽtia.

Ois actio vacare dꝫ temeritate ⁊ negligẽtia:nec vero agere quicꝙ̃ cuius nõ poſſit ꝓbabilẽ cãm reddi.Hec eſt fere de ſcriptio officij.

Neqꝫ enim ita generati a natura ſumus.vt ad ludũ ⁊ ad iocũ facti eſſe videamur:ſed ad ſeueritatem potius ⁊ ad quedã ſtudia grauioꝛa atqꝫ maioꝛa.Ludo autẽ ⁊ ioco vti ꝗdẽ lꝫ:ſed ſicut ſomno ⁊ ceteris q̃etibus: tum quũ graui bus ſeueriſqꝫ rebus ſatiſfecerimus.

In ꝓloquente vox clara ac ſuauis eſſe dꝫ. Utrũqꝫ aũt oio a natura petendũ eſt.Uoꝝ alteꝝ exercitatio:alteꝝ imita tio pꝛeſſe loquentiũ ⁊ leniter.Maxime autẽ curandum:vt eos qbꝰcũ ſmonẽ ꝯferamus:⁊ vereri ⁊ diligere videamur.

Id enim maxime quéq3 decet:q8 eſt ſuū cuiuſq3 maxime. Suū igiẗ quiſq3 noſcat ingeniū.acréq3 ſe ⁊ vitioꝝ ⁊ bonoꝝ ſuoꝝ iudicem prebeat.

Eſt igiẗ adoleſcentis maiores natu intueri.et hiſq3 deligere optimos ⁊ ꝓbatiſſimos quoꝝ conſilio atq3 auctē nitatur. In cūtis enim etatis inſcitia ſenū ꝯſtituēda ⁊ regēda ſcia eſt. Maxime autē hec etas a libidinibus arcenda ē exercendaq3 oī labore patiētiaq3 animi ⁊ corporis:vt eoꝝ ⁊ in bellicis ⁊ in ciuilibus officijs vigeat induſtria. Atq3 etiā3 cū relaxare aīos ⁊ dare ſe iocunditati volēt:caueant intēperantiā:meminerint verecūdie: q8 erit facilius ſi in eiuſmodi quoq3 rebus maiores natu velint intereſſe.

Senibus labores corporis ſunt minuendi:exercitationes aūt etiā augende videnẗ. Danda vero opa vt ⁊ amicos.⁊ iuuētutē ⁊ maxime remp.ꝯſilio ⁊ prudētia q̄plurimū adiuuēt.

Nihil autē magis cauendu3 eſt ſenectuti:q̄ ne lāguori deſidieq3 ſe dedat. Luxuria vero cu3 oī etati ſit turpis:tū ſenectuti fediſſima eſt.

Peregrini ⁊ incole officiu3 ſit.nihil preter ſuu3 negociū agere.nihil de alieno inquirere.minimeq3 in rep.aliena curioſum eſſe.

Forme dignitas coloris bonitate tuenda ē.colorq3 exercitationibus corporis. Adhibēda preterea mūdicia ē nō odioſa nec exqſita nimis:tantūq3 fugiat agreſtem ⁊ inhumanā negligentiā. Eadē rō ē habenda veſtitus: in quo ſicut in pleriſq3 rebus mediocritas optima ē. Cauendu3 ē ne aut tarditatibus vtamur in greſſu mollioribus:vt pompaꝝ ferculis ſiles eſſe videamur. Aut ne in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates:q̄ qu3 fiunt anhelitus mouentur.vultus mutantur.ora torquentur. Ex quibus magna ſignificatio ſit:non adeſſe conſtantiā.

Ornanda eſt enim dignitas domo:at nō ex domo tota dignitas q̄renda.nec domo dn̄s. ſed dn̄o domus honeſtāda ē. Odioſu3 eni3 ē quū a ꝑtereūtib9 dī. O domus ātiqua:q̄ diſpari dn̄o dn̄aris:q8 qdē his tpibus in multis l3 itueri.

Turpe eſt valdeq3 vitioſum in re ſeuera:ꝯuiuio dignu3 aūt delicatu3 aliquē inferre ſermonē.

Deforme etiā eſt de ſeipſo predicare falſa preſertim: ⁊ cum irriſione audientiū imitari militē glorioſum.
Fit enim neſcio quomō: vt magis in alijs cernamus: ꝙ in nobiſmetipſis: ſiquid delinquitur.

In Scdo libro.

Male ſe res. hꝫ: quū qđ virtute effici dꝫ id tentaꝛ pecunia.
Rex autē oīum: nec aptius ē quicꝙ ad opes tuendas ac tenendas ꝙ diligi: nec alienius ꝙ timeri. Preclare enim ait Ennius quē metuūt oderūt. quē qſqꝫ odit periſſe cupit.
Contēnunē hi q nec ſibi nec alteri proſunt: in qbus nullus labor. nulla induſtria. nulla cura ē. Admiratione quadā afficiuntur hi qui anteire ceteros virtute putantur.
Nemo iuſtus eſſe pōt: q mortē. qui dolorē. q exiliū. q egeſtatē timet: aut q ea q̄ his ſunt ꝯtraria equitati anteponit.
Qui adipiſci verā gloriā volet: iuſtitie fungaꝛ officijs. Judicis eſt ſemp in cauſis verū ſeq: patroni nōnunꝙ veriſile.
Talis quiſqꝫ ſit: qualis haberi velit.
Eſt enim vt mihi videtur valde decorū: patere domos hominū illuſtrium hoſpitibus.
Ficta oīa celeriter tanꝙ floſculi decidunt: nec ſimulatum quicꝙ pōt eſſe diuturnum.
Benefacta male locata: malefacta arbitror. Ennū v̄ba.
Eſt enim non modo liberale. paulū nōnunꝙ de iure ſuo cedere: ſed interdum etiā fructuoſum.
Melius apud bonos: ꝙ apud fortunatos beneficiū collocari puto.
Fundamentū ē perpetue cōmendationis ⁊ fame iuſtitia: ſine qua nihil pōt eſſe laudabile.
Nullū vitiū eſt tetrius ꝙ auaritia preſertim in principibus ⁊ remp. gubernantibus.
Valitudo ſuſtentatur notitia ſui corporis ⁊ obſeruatione earum rerum: que res aut prodeſſe ſoleant: aut obeſſe. ⁊ continentia in victum. omniqꝫ cultu corporis tuendi cauſa pretermittendis voluptatibus.

In Tertio libro.

Illud natura nō patitur: vt aliorum ſpolijs facultates noſtras. copias. opeſq; augeamus.

Refert ibi Amicitiā grandē Damonis ⁊ Phitie ⁊c.

Tollendū eſt ex rebus ↄtrahendis oē mendaciū: nō licitatorē venditor. nec qui ↄtra liceatur emptor apponet: vterq; ſ ad loquendū venerit. nō pluſꝙ ſemel loquatur.

In libro de Senectute. ad Atticum.

Pares cum paribus veteri ꝓuerbio facillime ↄgregant.

Pōt exercitatio ⁊ tēperantia: etiā ſenectuti ↄſeruare aliqd priſtini roboris.

Ut enim adoleſcentes in quo ſenile aliquid ſit: ſic ſenē in quo eſt aliquid adoleſcentis probo.

Pythagoreo more exercende memorie gratia: quid quoq; die dixerim. audierim. egerim. cōmemoro veſperi. Hec ſunt exercitationes ingenij.

O preclarū munus ſenectutis: ſiquidē id aufert a nobis qđ eſt etiā in adoleſcentia vitioſiſſimū voluptatē. Cum enim hoī ſiue natura ſiue deus quis nihil mēte preſtabilius dediſſet. huic diuino muneri ac dono nihil tā eſſe inimicū ꝙ voluptatē. Impedit enim ↄſiliū voluptas rationi inimica ac mētis ꝑſtringit oculos. nec hʒ vllū cū virtute cōmerciū.

Facit mentionē de curio: cui quuʒ Samnites attuliſſent pondus auri: repudiati ſunt.

Mens ⁊ rō ⁊ ↄſiliū in ſenibus eſt: qui ſi nulli fuiſſent. nulle oīno ciuitates fuiſſent.

Mihi ne diuturnū quidē quicꝙ videt: in quo eſt aliquid extremū. Cum enim id aduenit: tū illud qđ preterijt effluxit. Tm̄ enim remanet qđ virtute ⁊ recte factis cōſecutus ſis. Hore quidē cedunt ⁊ dies ⁊ menſes ⁊ anni: nec preteritū tēpus vnꝙ reuertit. nec qd ſequat ſciri pōt. Qđ cuiq; tēpus ad viuendū datur: eo dʒ eſſe ↄtentus. Breue enim tēpus ſatis eſt longū ad bene honeſteq; viuendū.

Uiuendi eſt finis optimus. cum integra mēte ceteriſq; ſenſi-

bus opus ipſa ſuū eadē q̄ augmētauit natura diſſoluit.
Rex omnium ſacietas vite facit ſacietatem.

In libro de Amicitia ad Atticum.

Nihil eſt tam nature aptū tāq̄ cōueniens ad res vel ſecundas vel aduerſas: amicitia. Sed hoc primū ſentio niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe.

Hec prima lex amicitie ſanciat̄ vt ab amicis honeſta petamus. ⁊ amicoꝝ cā honeſta tm̄ faciamus. nec expectemus q̄dē dum rogemur. ſtudiū ſemper adſit: cūctatio abſit.

Quā multa ſunt q̄ nr̄a cā nō faceremus: facimus cā amicoꝝ.

Odioſum ſane genus hoīum officia exprobrātiū: q̄ meminiſſe d3 is potius ī quē collata ſunt: nō cōmemorare q ꝓtulit.

Diſpares enī3 mores diſparia ſtudia ſequuntur. quoꝝ diſſimilitudo diſſociat amicitias.

Maledicta ⁊ ꝯtumelias in culpa ſit qui faciat: non is qui patitur iniuriam.

Natura nihil ſolitarium amat.

In prologo Paradoxoꝝ.

Nihil eſt tam incredibile q̄d nō dicendo fiat ꝓbabile. Nihil tam horridū tam incultum: q̄d non ſplendeſcat oratione ⁊ tanq̄ excolat̄.

Nihil ē aliud bn̄ beateq3 viuere: niſi honeſte ⁊ recte viuere.

Nec enī3 peccata reꝝ euētu: ſed vitijs hoīum metiēda ſunt.

Nō intelligunt hoīes: q̄ magnū vectigal ſit pſimonia.

Cicero in oratione pro. M. Marcello.

In armis. militū virtus. locoꝝ opportunitas. auxilia ſocioꝝ. claſſes. cōmeatus. multū iuuāt. Maximā vo partē q̄ſi ſuo iure fortuna ſibi vēdicat. ⁊ q̄cq̄d ꝓſpere geſtū eſt. id pene omne ducit ſuum.

Ibi.

Nunq̄ enim temeritas cum ſapientia cōmiſcetur. nec ad cōſilium caſus admittitur.

Ibi.

Nulla eſt enim tanta vis. tanta copia: q̄ non ferro ac viri-

bus debilitari frangiq; poſſit. Uer animum vincere. iracun-diá cohibere. victoriá tēperare. aduerſariū nobilitate. inge-nio. virtute preſtantē nō modo extollere iacentē ſed etiam amplificare eius priſtiná dignitatem. Hec qui faciat: non ego cum ſummis ⁊c.

Ibi.

Iracundia inimica conſilio.

Incertus exitus eſt ⁊ anceps fortuna belli.

Uictoria que natura inſolens ⁊ ſuperba eſt.

Nihil eſt aūt opere aut manu factū: qđ aliqñ nō ɔficiat ⁊ ɔſumat vetuſtas. Sed tñ cum in aīs hoīum tante latebre ſint ⁊ tanti receſſus.

Nec vero hec tua vita dicēda eſt: q̄ corpore ⁊ ſpū ɔtinet. Illa inq̄ illa vita eſt tua q̄ vigebit memoria ſeculoꝝ oīuz: quá poſteritas alet. quá ipſa eternitas ſemper intuebitur: huic tu inſeruias. huic te oſtentes oꝫ.

In prima Philip. ɔtra. M. Antonium.

Totam ignoras viam glorie: ſi metui a ciuibus tuis: q̄ dili-gi malis. Carum eē ciuē: bene de rep. mereri. laudari. coli. diligi: glorioſum eſt. Metui vero ⁊ odio eſſe inuidioſuz. de-teſtabile. imbecillum. caducum.

Philip. 2.

Charitate ⁊ beniuolētia ciuiū ſeptū oꝫ eſſe: non armis.

Et nomen pacis dulce eſt. ⁊ ipſa res ſalutaris.

Seruitus poſtremum maloꝝ oīum: nō modo bello: ſed mor-te etiam repellendū.

Sed nimirū vt quidā morbo aliquo ⁊ ſenſus ſtupore ſua-uitatem cibi nō ſentiunt: ſic libidinoſi. auari. facinoroſi. vere laudis guſtum non habent.

Phil. 4.

Crudelitatē mortis ⁊ dedec⁹ virtus ꝓpulſaré ſolet: q̄ ꝓpa ē romani gñis ⁊ ſeminis. Oīa alia falſa. icerta ſunt. caduca mobilia. Uirtus ē vna altiſſimis defixa radicibus q̄ nunq̄ vlla vi labefactari pōt. nullo vnq̄ dimoueri loco. Hac vir-tute maiores noſtri primū vniuerſam Italiá deuicerūt. Dein-ceps carthaginē exciderūt. Numátiá euerterūt. potētiſſimos reges. belliçoſiſſimas gētes i ditionē hui⁹ iperij redigerūt.

Phi.5.

Omne malū naſcens facile opprimit: inueteratum fit plerūq; robuſtius.

In.x.

Nemo alterius qui ſue confidit virtuti inuidet.
Omnis eſt miſera ſeruitus.
In ſpū vita eſt: ſed ea nulla eſt oīno ſeruienti.
Ita preclara eſt recuperatio libertatis vt nec mors quidē ſit in repetenda libertate fugienda.

In.xi.

Eſt enim ſapiētis qcqd hoi accidere poſſit: id pmeditari ferēdū modice ſi aduenerit eſſe: maioris ē oio ꝯſilij ꝓuidere: ne qd tale accidat. Sȝ aīi ſi minoris. fortit ferre ſi aduenerit.

In.xij.

Cuiuſuis ē hois errare: nullius niſi inſipiētis pſeuerare i errore. Poſteriores.n.cogitatōes (vt aiūt) ſapiētiores ſolēt eē.

Ci.pro Roſcio.

Sua quēq; fraus ⁊ ſuus terror maxime vexat. ſuū quēq; ſcelus agitat amentiaq; afficit. ſue male cogitatiōes ꝯſcientieq; animi terrent.
Optimus eſt portus penitenti: mutatio ꝯſilij.

In.xiij.

Dulce nomē ē pacis: res ꝓo ipſa cū iocūda tum ſalutaris.
Incertus exitus belli eſt.
Neq; enim quod quiſq; poteſt: id ei licet.
Beata mors eoꝝ futura ē: q e vita exceſſerūt ſine tormentis.

In.xiiij.

O fortunata mors q̄ nature debita. ꝓ pātria ē potiſſimū reddita.
In fuga feda mors: in victoria glorioſa.
Uos vero qui extremū ſpiritū in victoria effudiſtis: piorum eſtis ſedem ⁊ locum conſecuti.
Breuis nobis vita data eſt: at memoria bn̄ reddite vite ſempiterna. Que ſi nō eſſet longior q̄ hec vita: quis eſſet tam amens qui maximis laboribus ⁊ periculis ad ſummam laudem gloriāq; contenderet?

In oratione quā habuit ad equites pridie q̄ iret in exilium.

Eſt enī liberale officiū ſerere bñficiū: vt metere poſſis fructū.
Si dulcis eſt gloria: conſequere virtutem.
Nec enim mors miſeranda eſt que ob remp. capitur: neqꝫ exitium turpe quod virtute ſuſcipitur.

In oratione de actis gratijs de reditu ſuo.

Bona valitudo iucūdior eſt eis qui e graui morbo recreati ſunt: ꝙ qui nunꝙ egro corpore fuerunt. Sic ea oia deſiderata magis ꝙ aſſidue percepta delectant.

In oratione pro Celio.

O magna vis veritatis: q̄ ꝯ oiuꝫ igenia. calliditatē. ſolertiā. ꝯtraqꝫ fictas oium inſidias facile ſe ꝑ ſeipſaꝫ defendat.

In oratione pro Lentulo.

Aſia tam optima eſt ⁊ fertilis: vt ⁊ vbertate agroꝝ ⁊ varietate fructuū. ⁊ magnitudine paſtionis. ⁊ multitudine earū reꝝ q̄ exportant: facile oibus terris antecellat.
Ego enim ſic exiſtimo in ſūmo iperatore quattuor has res ineſſe oportere: Sciaꝫ rei militaris: ꝟtutē. auctatē. felicitatē.

In oratione pro Milone.

Magna vis eſt ꝯſcie ⁊ magna in vtrāqꝫ partē: vt neqꝫ timeant qui nihil cōmiſerint: ⁊ penā ſemꝑ ante oculos verſari putent qui peccarint.
Uide ꝙ ſit varia vite cōmutabiliſqꝫ rō: ꝙ vaga volubiliſqꝫ fortuna: quāte infidelitates in amicis: ꝙ ad tēpus apte ſimulationes: quāte in piculis fuge primoꝝ: ꝙte timiditates.

In oratione pro Plantio.

Uetus eſt lex illa iuſte vereqꝫ amicitie vt idē amici ſemper velint: neqꝫ eſt vllū certius amicitie vinculū: ꝙ ꝯſenſus ⁊ ſocietas ꝯſilioꝝ ⁊ voluntatem.

In reſponſiua ꝯtra Salu.

Omnis oratio moribus ꝯſonet.
Satius eſt enim me meis rebus geſtis florere. ꝙ maloꝝ opinione niti: ⁊ ita viuere vt ego ſim poſteris meis nobilitatis initium ⁊ virtutis exemplum.
Carere dꝫ oi vitio: qui in alteꝝ paratus eſt dicere.
Deſine vnūqueqꝫ moribus tuis exiſtimare.
Sepe enim grauius vidi offendere aios auditoꝝ eos q aliena flagitia aperte dixerunt: ꝙ eos qui cōmiſerunt.

In oratione pro Archia.

Poete diuino quodã ſpũ inflant. Ennius ꝑo ſanctos appellat poetas. vnde ſubinfert Cicero. Sit igit̃ ſanctũ apud vos humaniſſimos hoĩes hoc poete nomen qḋ nulla vnq̃ barbaria violauit. Saxa ⁊ ſolitudines voce rñdent. beſtie ſepe imanes cantu flectuntur atq; ↄſiſtunt: nos inſtituti rebus optimis nõ poetaꝝ voce moueamur? Homeꝝ Colophoni ciuẽ eſſe dicũt ſuũ. Chij̃ ſuũ vendicant. Salaminij̃ repetunt. Smirnij̃ vero ſuũ eſſe ↄfirmant. itaq; etiã delubrũ eius in oppido dedicauerunt.

Neq; enim qſq̃ eſt tam auerſus a muſis q nõ mãdari verſibus eternũ ſuoꝝ laboꝝ facile preconium patiat̃. Temiſtoclẽ illũ ſummũ athenis viꝝ dixiſſe aiũt: cũ ex eo quereret̃ qḋ acroma aut cuius vocẽ libẽtiſſime audiret: a quo ſua virtus optime predicaretur.

Alexander cũ applicuiſſet ad tumulũ Achillis: dixit. O fortunate adoleſcẽs q tue virtutis homeꝝ preconẽ inueneras.

Trahimur oẽs laudis ſtudio: ⁊ optimus qſq; maxime gloria ducit̃. Ipſi illi phi etiã in illis libellis quos de ↄtẽnenda gloria ſcribũt. nomẽ ſuũ inſcribunt in coipſo in quo predicationẽ nobilitatẽq; deſpiciunt. predicari de ſe ac nominari volunt.

Inſidet quedã in optimo quoq; virtus. q̃ noctes ⁊ dies animũ glorie ſtimulis ↄcitat atq; admonet: nõ cuꝫ vite tẽpore eſſe dimitendã cõmemoratiõnẽ nois noſtri: ſed cum omni poſteritate adequandã.

In oratione pro. Q. Ligario.

Spero etiã te Ceſar q obliuiſci nihil ſoles niſi iniurias.

Nulla de virtutibus tuis plurimis nec gratior. nec admirabilior miſericordia eſt. Hoĩes enim ad deos nulla re ꝓpius accedunt: q̃ ſalutem hoibus dando.

In. 5. inuectiua ↄtra. C. verrem.

Nemo vnq̃ ſapiens proditori credendum putauit.

Quedam Senece auctoritates.

In epiſtola. 14. ad Lucillium.

Sine philoſophia: eger eſt animus.

Copia ciboꝝ: ingeniũ ſubtilitas impeditur.

Jn.22.

Peiores morimur: q̄ȝ naſcimur. Noſtrū iſtud: nō nature vi/tiū eſt. Jlle de nobis ꝯqueri dȝ ac dicere. Quid eſt homo? Sine cupiditatibus vos genui. ſine timoribus. ſine ſuperſti/tione. ſine perfidia. ceteriſqȝ peſtibus: quales intraſtis p̄ci/pio exire.

Jn.24.

Ipſe voluptates in tormenta vertunt̄. Epule cruditatē af/ferunt ebrietates neruoꝝ torporē tremoremqȝ: libidines. pe/dum. manuum. articuloꝝ omnium depranationes.

Jn.27.

Ipſe voluptates nō ſunt ſolide. nō ſunt fideles: ⁊ ſi nō no/cent fugiunt. Sola virtus preſtat gaudiū ꝑpetuū. ſecuꝝ.

Jn.31.

Quid eſt eques romanus: aut libertinus. aut ſeruus? Nōia ex ambitiōe aut iniuria nata. Subſilire in celū ex āgulo lȝ.

Jn.44.

Plato ait. Neminē regē nō ex ſeruis eſſe oriundū. neminē nō ſeruū ex regibus. Oīa iſta longa varietas miſcuit: ⁊ ſur/ſum deorſumqȝ fortuna verſauit. Quis eſt generoſus? Ad virtutem bene a natura compoſitus.

Jn.52.

Nō tm̄ corpori. ſed etiā moribus ſalubrē locū eligere debe/mus. Queādmodū inter tortores habitare nollē: ſic nec in/ter popinas quidē. Id agere debemus: vt irritamenta vi/tioꝝ q̄ȝ longiſſime ꝓijciamus. Effeminat aīos: amenitas ni/mia. Literni honeſtius Scipio: q̄ȝ baijs exulabat.

Jn.82.

Iniurie obliuiſci debemus: officij meminiſſe. Quid miſe/rius eo: cui beneficia excidunt. herent iniurie?

Ingratus eſt: qui beneficium reddit ſine vſura.

Abſtrahunt a recto. diuitie. honores. potentie. ⁊ cetera que opinione noſtra cara ſunt: precio ſuo vilia.

Jn.94.

Nulla res magis aīos honeſta induit dubioſqȝ ⁊ in prauū inclinabiles reuocat ad rectum: q̄ȝ bonoꝝ viroꝝ ꝯuerſatio.

Jn.63.

Ante ſenectutem curaui vt bene viuerē. in ſenectute vt bene moꝛiar. bene aūt moꝛi eſt libenter moꝛi.

Plinius. ad Maximum.

Nuper me cuiuſdā amici languoꝛ admonuit. optimos nos eſſe dum infirmi ſumus. Quem enim infirmū. aut auaritia aut libido ſolicitat? Nō amoꝛibus ſeruit. nō appetit hono res. opes negligit. ⁊ quantulūcūq; vt relicturus ſatis h̄z. Tūc deos. tum hoiem eſſe ſe meminit. inuidet nemini. neminem miratur. neminem deſpicit. ac ne ſermonibus quidem malignis aut attendit. aut alitur: balnea imaginatur ⁊ fontis. Finis.

Impreſſum Brixie ad honoꝛem ⁊ gloꝛiam altiſſimi dñi noſtri Jeſu chꝛiſti per Ludouicum. Uincentiū Benedictū ⁊ Antoniū fratres Britānicos Die. 24. decēbꝛis. 1507.

aa A B C D E F G H J K L.
Omnes ſunt quaterni preter aa L qui ſunt duerni.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

[illegible]

Mi luca sta stato
con Roma
l. Antonino d fiore la
nominati [illegible]

BIBLIOTECA